

Coram vobis Illustrissimo & Reuerendissimo D. Tiberio Muto Episcopo Viterbiensi & Tuscanen, penes alia presentis Diæcesanae Synodi presentibus uniuerſi, qui Synodo interſunt, & magna populi virtusq; sexus multitudine in Ecclesiæ Cathedrali Sancti Laurentii, & proprie in loc. ad Synodum deputat comparabat Franciscus Spinellus V.I.D. Aduocatus Fiscalis eiusdem Synodi, & torius Clericu Viterbiæ Tuscanen & Diæcesis ad presentem actum per Synodum deputatur; & dicti nonnullos iniquitatis filios, quorum nomina ad presens non subueunt iniurie, & indebet cum reverentia, & nonnullos alios sub pretensa bona fide introducisse in has Ciuitates, & Diæcesis præsos no nullos, & nouis abusus contra diſpositionem Iuri Canonici, Constitutione Apostolicæ, Contilia generalia, & Diæcesanas Synodos Viterbiæ, & Tuscanen, hucusq; habitas, & in ipsis abusibus sub pretextu præscripte consuetudinis perseverare, & persistere, atque dicta consuetudine uti intendere, & nonnullos alios occupasse, & sibi usurpare, ac retinere, & possidere bona mobilia, & stabilia, actiones, iurisdicções, census, redditus, annuos canones, seu liuellos, laudem, & alia iura ad dictas Ecclesiæ Cathedrales Viterbiæ, & Tuscanen tam pertinientia ad menam Episcopalem, & Capitularium, quam ad reliquias Ciuitatum, & Diæcessis Ecclesiæ, Capellas, Beneficia, Oratoria, Hospitalia, Confraternitates, & alia loca pia, & sub hac colorata bona fide intenunt contra predictas Ecclesiæ, & pia loca præscribere, & sub præscriptionis nomine consuetudinem predictam validare, & corroborare bona, & iura predicta detinere. Ideo ipse comparens ad effectum interiunpendi præscriptionem predictam, & ad omnem alium bonum finem, nomine quo supra protestatur, quod nulla præscriptione neq; quadragenera, neq; centenaria currat, nec currere posit, & debeat contra Ius Canonico, Constitutiones Apostolicas, & Decreta Synodalia, nec contra amplitudinem vestram Illustrissimam, & dictas Ecclesiæ, & Capellas, Altaria, & Beneficia, aut eorum Rectores, vel Capellanos: Imo intendit per presentis Exhibitionem interrumpere quancunq; præscriptionem, quo in aliquo Iuri Canonico, Constitutionibus Apostolicis, Decretis Synodalibus, Amplitudini vestra Illustris Ecclesiæ, Capellis, & Beneficiis iam dictis, seu illarum Rectoribus, & Capellanis generare posse, & instat, & petit presentem comparationem ad perpetuam rei memoriam conservari penes Acta presentis Synodi. Ita instat, & protestatur hoc, & omni meliori modo, &c.

Illustris, & Reuerendissi. D. Ioannes Dominicus Giaconia Vicarius, & super rebus Synodalibus Commissarius Generalis interrogauit uniuersam Synodum, dicens: Approbatis ne comparationem, protestationem, & interpellationem predictam, & illi assensum, & consensum præstatist?

Reſpondentes omnes approbamus, & protestamus.

Illustrissimus Dñs conuocauit suos Consultores, & cum ipsis re discussa tulit Decretum tenoris sequentis, videlicet.

Tiberius Mutus Domincellus Romanus Viterbiæ, & Tuscanæ Episcopus presentem comparationem, & interpellationem admisit, & declarauit eos qui abusibus, & consuetudinibus prædictis uti, illasq; validare intendunt, iniastos detentores, & possessores afficere inquantu de iure afficere potest hoc, & omni meliori modo, &c.  
Dat. Viterbiæ in Cathedrali S. Laurentii die 17. Ianuarii 1614.

T. Mutus Viterbiæ. & Tusc. Episcopus.

Marius Poverius Secret.

6349

# CONSTITUTIONES, ET DECRETA EDITA

Ab Illustriss. & Reuerendiss. D. TIBERIO  
Tit. S. Præc. S.R.E. Presbytero Cœf. Muto, Dei, &  
Apost. Sedis gratia Episc. Viterbiæ, & Tuscanæ.

In eius secunda Diæcesana Synodo habita Viterbij  
diebus xvij. & xix. Ianuarij Anno  
Domini M. DC. XXIV.



VITERBI,  
SUPERIORVM PERMISSV M. DC. XXIV.

Ex Typographia Augustini Discipuli;

CONSTITUTIO

ANARCHOGRAH

ATIDE

OPUSC. 1. LIBERUS. 2. ANTIQUIT.

LIBERUS. 3. LIBERUS. 4. LIBERUS.



LIBERTY

WILLIAM STEPHEN WADDELL  
TYPOTRAPIS - VENITIENI DEDICATA

# EDICTVM INDICTIONIS SYNODI.

TIBERIVS tit. S. Priscæ S. R. E. Presbyter  
Card. Mutus, miseratione diuina  
Episc. Viterbiæ. & Tuscanæ.



Væ pretiosiora sunt, & quæ in maiori versantur discrimine, diligentia accuratori sunt custodienda: premium animarum est effusus Christi sanguis, quo nihil pretiosius; ipsa vero animarum salus innumeris est cincta periculis, quo fit, ut æquissimo iure nos, qui de animabus nostræ curæ creditis arctissimam ipsi salutis nostræ auctori rationem reddituri sumus; vehementiori circumspectione, atq; arctioribus stimulis sollicitemur, vt illarum cura per nos, vel eos, qui tanquam nostri coadiutores in partem huiusmodi sollicitudinis sunt vocati, nullatenus negligatur; quin potius omni, quo decet, vigili studio, ab omnibus, ad quos spectat exerceatur, & absolutis numeris perficiatur. Cum autem ad animarum cumulatiorem, exactioremq; custodiam satis conducere noscatur Synodi Dioecesanæ conuocatio, vbi monita salutis, & salutaria præcepta instruuntur, ac decernuntur, quibus natura sanguinis post peccati lapsum ad malum proliuor, miro quedam modo à malis retrahitur, & ab hostium incusu saepius eripitur: ideo

† 2 ad

ad eatumdē cōtiōrem cōstodiām, ac salutem, omnēm  
nostrī mūneris pastoralis moyentes lapidēm, nostrō  
rum maiorum laudabili consuetudini, ac sacri Conc.  
Trid. præscripto inhārentes, secundam Dioceſanam  
Synodum quintam in ordinem ad alias, quæ extant  
nostrorum Prædecessorū constanti-animo, à nobis  
diu reuolutam, exoptatam, ac deliberatam duximus  
indicendam, & indicimus ad diem festum Cathedræ  
S. Petri, quæ erit xvij. Ianuarij proxime venturi anni  
M DC XXIV. Præcipientes omnibus, & singulis Di-  
gnitatibus, & Canonicis Ecclesiarum nostrarum Vi-  
terbiēn, & Tuscanēn, cæterisq; Canonicis Collegia-  
tarum dd. Civitatum, ac vniuersæ nostræ Dioceſis,  
necnon Archipresbyteris, Prioribus, Parochis, alia-  
rumq; Ecclesiarum Rectoribus, seu Capellanis, om-  
nibusq; alijs Presbyteris, & Clericis, etiam in mino-  
ribus ordinibus constitutis, beneficiatis, seu beneficia  
nōn obtainentibus, tam sacerularibus, quam regulari-  
bus quibuscunq; quantumuis exemptis, qui Synodo  
Dioceſanæ de iure, vel consuetudine conuenire, ac  
interesse solent, & debent, quatenus sub poena scuto-  
rum ducentorum in casu contrauentionis iplo facto  
incurrenta, in usus pios arbitrio nostro erogañ, & in  
subsidiū excommunicationis ad dictam diem præ-  
fixam in Ecclesia nostra Cathedrali Viterbiēn, summo  
mane decenter, & mundis superpelliceis induiti, per  
semetipſos, seu, si ipsi legitimè impediti fuerint, per  
procuratores, vel eorum nuncios speciales, ad Syno-  
dum prædictam cōueniant, & in ea de more intersint,  
& interesse debeant, vt quæ ad animarum salutem,  
ad diuinī cultus augmentum, ad vitæ, & morum can-  
dorem recolendum, ad abusuum extirpationem, &

ad lau-

ad laudem, & honorem Dei pertinent, decerni, ac salu-  
briter ordinari possint. Qui verò venire, aut ipsis le-  
gitimè impeditis, quorum impedimentorum causa  
nobis significanda, & probanda erit, mittere negle-  
xerint; poenas contra non venientes de iure, vel con-  
suetudine infligi solitas, vltra alias à nobis supra-  
fancitas subibunt. Hortates præterea, & in Domino  
monentes omnes, & singulos ditioni nostræ subiectos,  
vt post harum promulgationem, & affixionem, fre-  
quentiores apud Deum preces fundant, pro recta  
celebrādæ Synodi ratione, pro illius fausto progressu,  
ac felici euentu, & præsertim sacerdotes, quibus in-  
iungimus vt fer. v. quoq; hæc sancta actio termi-  
netur, celebrent missas de Spiritu sancto, alios verò  
inseruentes Cathedralibus, & Collegiatis, vt diebus  
Dominicis priuatas in eorum Ecclesijs habeant sup-  
plicationes, quas Dominus pro multitudine suarum  
miserationum exaudire dignet. Nè autem aliquis  
præmissorum ignorantiam prætendere, aut allegare  
valeat, vlo vnquam tempore, præsentes volumus  
publicè per valvas Ecclesiarum, & alia loca solita-  
affigi, quæ sic affixa vim habeant efficacis monitio-  
nis, & personalis intimationis. In quorum, &c.  
Dat. Viterbij in Palatio nostro Episc. die xxix. De-  
cembris. M DC XXIII.

ETAT

TIBE-

TIBERIVS tit. S. Priscæ S. R. E. Presb.  
Card. Mutus, Viterbiæ. & Tuscanæ.  
Episc. Vniuerso Clero nostro salutē  
in Domino sempiternam.

a Act. 10:

b Thim. 4.

c Ioan. c. 17.

d Ioan. 21.

e dist. 18. p. totū  
Conc. Aurel. 3.

f. 3. & s. c. 18.

Tarraco. c. 7.

Const. 6. c. 3.

f. sell. 24. c. 2.

de ref. g ibidē.

h c. propter

18. dist.

i f. sell. 24. c. 2.

j c. habetur.

k 18. dist.

**N**ULLA nos posse censuimus fratres dilectissimi aptiori via monitis satisfacere Apostoli dicētis, Attēdite<sup>a</sup> vobis, & uniuerso gregi, in quo vos posuit Spiritus sanctus Episcopos regere Ecclesiam, quam Christus acquisiuit sanguine suo, & alibi. Tu vero vigila,<sup>b</sup> in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple; nullo tutori clipeo in conspectu summi Dei afferere,<sup>c</sup> quos dedisti mihi non perdidi ex eis quemquam;<sup>d</sup> nulloq; validiori remedio salubre charitatis, & amoris Saluatoris nostri praeceptum illud, non sine mysterio ter repetitū, Pascē oves meas,<sup>e</sup> exequitioni demandare, quām si Diæcesanæ Synodo celebrādæ, tanz à sanctis Patribus cōmendatae,<sup>f</sup> & à sacris Conc. presertim Trid.<sup>g</sup> demandata enīxè incumbamus, ea enim praui errores tollātur,<sup>h</sup> abusus euelluntur, delicta puniuntur<sup>i</sup>, similitates, odia, & inimicitiae componuntur<sup>j</sup>, Ecclesiasticorum personæ discutiuntur, controvēsiae amputantur,<sup>k</sup> religio augetur, cultus Deo gloriōsius exhibetur, sacroru⁹ administratio decentius exercetur, Ecclesiastica disciplina

con-

conseruatur, obseruātia sacrorum canonū, & Ecclesiasticarum constitutionū<sup>a</sup> statuitur, infirmū conso-

<sup>a</sup> Conc. Arue.  
c. 1.

<sup>b</sup> lidatur, ægrotum sanatur, confractum alligatur,<sup>b</sup> Exech. 34.

objēctum reducitur, perditum reperitur, & demum

saluti animarū<sup>c</sup> & necessitatibus, tā Clericorum,<sup>c</sup> Conc. Arue.  
c. 1.

quā laicorū prouide cōsulitū<sup>d</sup> iure merito secundā<sup>d</sup> Celest. pap. ad

Episc. Gall.  
c. 12.

præsentem Synodum, qua iamdudum indicēda erat,

sed cum multis, ac varijs negotijs, et occupationibus præpediti fuerimus; hucusq; vt differetur, causa fuit;

celebrandam indiximus, in qua alijs constitutionib<sup>g</sup>

annis elapsis editis, aliqua mutāda, aliqua addēda,

aliqua declaranda, aliqua verò renouanda existi-

mauimus, nec debet mirum, ac reprehensibile iudi-

cari,<sup>e</sup> si secundum varietatem temporum, decretā<sup>e</sup> c. nō debet de

conf. & affin.

quoque varientur humana. quoniam etiam sancta Mater<sup>f</sup> Ecclesia, quæ plerunq; rationabiliter ordi-

nauit, & consultū; suadente subiectorum utilitate

consultius, & rationabilius reuocauit, & in melius

commutauit. & pro necessitate mutilantur, & re-

laxantur canonica precepta, & quod paulatim la-

bitur, conuenit renouari. Vix enim aliquid adeo<sup>g</sup> g Clem. de sum.

Tri. & fid. Cath.

certum clarumq; statuitur, quin ex nouis emergē-

tibus (quibus iura iam posita mederi non possunt)

in dubium reuocetur. Volentes igitur, quantum

in Domino possimus, deformatorum reformationi

prospicere, sanctiones nonnullas, quas ab omnibus

inconcusse in posterū seruari volumus, in hac Diæ-

cesana Synodo promulgādas curauimus. Cœterum,

<sup>a</sup> Iacob. 1.

<sup>b</sup> 2. ad Corin. 3.

quia, initium, progressus, & finis eiusdem sancte  
Synodi debet esse Charitas, quæ est Deus, à quo omne  
datum optimum <sup>a</sup>, & omne donum perfectum est,  
cognoscētes vires nostras adeo debiles, & imbecilles,  
ut non simus sufficiētes cogitare aliquid ex nobis,  
quasi ex nobis, sed omnis sufficiētia <sup>b</sup> nostra à Deo  
est; ideo vos omnes hortamur in Domino, ut ora-  
tionibus, et precibus vestris, ab eodem Deo opt. max.  
qui est summa bonitas, & pater lumen, implor-  
etis, ut nobis rectam doctrinam communicet, &  
mentes nostras illuminet, ut Christus Dominus, qui  
est via, veritas, & vita; viam nobis ad veri-  
tatem aperiat, vitamq; nostram disciplina honestatis  
informet: Ut Spiritus septiformis omnium gratiarum,  
& bonorum largitor optimus, sua dona in nos co-  
copiose effundat; gressus nostros dirigat, nos semper  
comitetur, & corda nostra igne suæ charitatis in-  
flammet: Ipsaq; sanctissima Trinitas gregi nobis  
commisso ad prædictas nostras Constitutiones ser-  
uandas; nobis vero, ceterisq; omnibus ad emen-  
dandos errores præteritos, & veniam poscendam in  
futurum, gratiam suam largiri dignetur, ut in hoc,  
& alijs nostri muneris Pastoralis operibus, & fun-  
ctionibus opem auxiliumq; præstet, quo possimus  
exemplo, doctrina, & bonis operibus tantæ esse adi-  
cationis spiritualis, ut ad vitam eternam, una  
cum grege nostro peruenire valeamus.

De

*De Constitutionibus. Cap. I.*



ENS V R A V M gladius, & Eccle-  
siastica disciplinæ neruus, ea debet  
circumspectione <sup>a</sup> exerceri, ut salutē  
potius quam perniciē generare possit.  
Quietū igitur, ac tranquillitatē con-  
scientiæ gregis nobis commissi con-  
sulere volentes, abrogamus, & abo-  
lemus omnes, & quascunq; censuras, tam à nobis,  
quam à prædecessoribus nostris nō modo in Constitu-  
tionibus Synodalibus, sed quibuslibet Edictis, præceptis,  
regulis, & decretis, etiam contra moniales quomodo-  
cunq; editas: exceptis ijs, quæ in nostrarum visitationum  
decretis, & in his Constitutionibus infictæ reperiuntur.

Admonentes, ne quis errore decipiatur, censuras in  
corpo Iuris clausas, aut aliter per Romanos Pontifi-  
ces promulgatas, & in dictis Constitutionibus relatas,  
in hac abrogatione minimè comprehendi posse.

Abolemus insuper, & relaxamus omnes, & quoscunq;  
casus, tam per nos, quam per prædecessores nostros in  
Synodo reseruatos, præter illos, qui in Iure reperiuntur,  
& qui in his Constitutionibus specialiter sunt expressi.

Reuocamus etiam, ac delemus omnes Iudices, Exa-  
minatores, Testes Synodales, Reuijores librorum, &  
alios quoscunq; Officiales in alia nostra Diocecesana  
Synodo deputatos.

Omnes, & singulas Constitutiones, & decreta in alia  
nostra Diocecesana Synodo promulgatas, & lata confir-  
mamus, & pro confirmatis haberi volumus, & manda-  
mus: cum declarationibus tamen in præsentibus factis,  
& in quibus his non aduersantur.

Vbi non reperitur certa imposta poena, arbitrio no-  
stro transgressores se pro modo culpe puniēdos scient.

Quæ in his Constitutionibus facienda dicuntur per  
nos, vel authoritate nostra; per Vicarium nostrum  
generalem etiam fieri posse declaramus, exceptis ijs,

A quæ

<sup>a</sup> Conc. Trid. sc. 25.  
<sup>b</sup> c. si quis Epist. 11.  
q. 3.

<sup>2</sup>  
quæ sunt ordinis, & in quibus à sacris canonibus, Apost. Constit. & generalibus Oecumenicis Concilijs delegatio expressè prohibetur, vel à Nobis eidem facultas adimitur.

Et ne nostræ Constitutiones in contrarium sensum, quo sunt promulgatae interpretentur, si quod super illic dubium emergere contingat; volumus, vt nemo ad suum sensum trahere possit; sed vñusquisq; nos consulat, veri intellectus declarationem accepturus: salua semper S. Sedis Apostolicæ auctoritate. Qui verò aliquas ex dictis Constitutionibus, quauis ratione non obseruare prætendens, transgressus fuerit; pœnas easdem eum incurrere declaramus, ac si dolosè transgressus fuisset.

Quæcunq; in hac nostra Diocesana Synodo sancita, iniuncta, suasa, prohibita, aut quomodolibet proposita reperiuntur; eatenus robur obtainere nostræ intentionis esse declaramus; quatenus sacris canonibus, Apostolicis Constitutionibus, Oecumenicis Concilijs non repugnant: omnia, & singula Sanctæ Sedis Apostolicæ correctioni, emendationi, & censuræ, vt par est, qua decet reuerentia submittentes.

*De Fide Catholica, & eius tuenda cura.*  
*Cap. II.*

<sup>a</sup> Conc. Trid. Jeff. 6.  
<sup>b</sup> c firmiter de sum.  
<sup>c</sup> Trin. & fide Cath.  
<sup>d</sup> fidelis, ead. tit. in 6.  
<sup>e</sup> Aug. ep. 19.5 Amb.  
<sup>f</sup> lib. 2. de fid. ad  
<sup>g</sup> Grat.  
<sup>h</sup> Clem. 1. ep. 1. &  
<sup>i</sup> lib. 2. conf. ap.  
<sup>j</sup> c. 30.

**C**VM Catholica Fides humanae sit salutis initium, fundamentum, & radix omnis iustificationis, <sup>a</sup> eam sancta Mater Ecclesia cunctis amplectendam, ac seruandam, præcipiendo proponit: <sup>b</sup> ideo non solum corde indubitanter ab omnibus est retinenda, opereq; viuificanda; <sup>c</sup> verum etiam summo studio elaborandæ, vt in dies magis propagetur, nec non sana, & illidata conseruetur. <sup>d</sup> Nobis autem, qui pastoralem munus gerimus præcipue curandum est; vt in nostris Ciuitatibus, & Diocesi, oues nostræ curæ commissæ fidem hanc non solum opere compleant, verum etiam vt eius professionem

<sup>3</sup>  
sionem, qui ex dispositione sac. Conc. Trid. <sup>e</sup> & Constat. fel. rec. Pij iv. <sup>b</sup> tenentur, re ipsa cmittant: ideo moneamus omnes, ad quos spectat, & præsertim Concionatores etiam Regulares, Medicos, Ludi magistros, Bibliopolas, & Impressoriam artem excrecentes, vt ad præscriptū eiusdem Pij iv. eandem professionem suo loco, & tempore præsent: super quo etiam Vicarius noster generalis inuigilet.

Medici præterea, si huinsmodi artē exercere voluerint, reiteret <sup>c</sup> iuramentū ab eis in Doctoratu præstitū de seruâda Constitutione S. mem. Pij V. <sup>d</sup> qua cauetur, quod si ad infirmos vocati fuerint, ipsos ante omnia moneat, vt peccata idoneo confessori cōfiteantur, neq; tertio die ulterius eos visitent, nisi longius tempus infirmo confessor ob aliquam rationabilem causam concederit, & eis per fidem Confessarij scripto exaratum cōstiterit, quod ægroti peccata sua confessi fuerint: alioquin infamia pœnam, & alias pecuniarias nostro arbitrio, iuxta eandem Constitutionem, sciant se incursuros.

Ludimagistris gymnasia aperire ne liceat, <sup>e</sup> qbsque nostra in scriptis licentia, quæ non nisi capta prius de vita, & moribus informatione, concedetur: quamuis priuatim <sup>f</sup> docere vellent.

Bibliopolæ insuper corā nobis iureiurādo spōdeāt, & se munus suum catholicè, sincerè, ac fideliter executores, & nostris Edictis, in quantum eorum artes attingunt, obtemeraturos, neq; ad sua artis ministerium aliquem scienter admisseros, qui hæretica labē sit inquinatus, & Indicem <sup>g</sup> librorum prohibitorum secum habeant.

Impressoriam artem exercentes obscenas imagines in turpesne etiam in grandiusculis literis imprimi consuetas, in librorum impressione ne apponant: sub pœna amissionis librorum, & alijs nostro arbitrio infligendis.

Hæretici, eorumque credentes, fautores, receptatores, defensores, necnon schismati, & similes, qui omnes maioris excommunicationis <sup>m</sup> vinculo sunt innodati, cum Ecclesiæ Catholice impie aduersentur, nullo pacto ferendi sunt: nos autem sedulò inuigilare debemus, vt

<sup>a</sup> Jeff. 24. cap. 12.  
<sup>b</sup> incip. In Sacerdoti-  
alib. & alia in-  
str. lib. edit. idibus  
noxiis. 1564.

<sup>c</sup> Dicte. 4. de panis.  
S. Medicis.  
<sup>d</sup> incip. supra gre-  
go 13. Ma. 1566.  
cap. cum infirmis  
de pan. & remiss.

<sup>e</sup> Dicte. 4. de Lud.  
mag.

<sup>f</sup> Conc. Prosc. Med. 1.  
de prof. fid. nu. 6.  
<sup>g</sup> Index lib. prohib.  
Clem. VIII. iii. de  
imprest. lib. §. 6.

<sup>h</sup> Dece. post d. Ind.  
pr. mult. impr. Rom.  
M. DC. XXIV.  
<sup>i</sup> Conc. gen. 6. can.  
97. s. u. Constant. 3.  
Trid. Jeff. 21.  
i.ez Index l. c. §. 4.

<sup>m</sup> Bulla di Cœs.  
Dicitur legi cōsuetu.

4

non modò pestilentissimus ille hæresis morbus in oves nobis creditas nusquam irreat; sed omnis planè sufficio ab eis procul arreatur: monemus propterea omnes, & singulos dictioni nostræ subiectos, ut, si noticiâ habuerint, quempiam ex supradictis, vel quomodolibet de hæresi suspectum, quales sunt blasphemias & hæreticales proferentes, polygami, sacramentis, aut sacrametalibus abutentes, sollicitantes<sup>b</sup> in confessionibus, & alij; in nostris Ciuitatibus, & Dioecesi (q; Deus auertat) commorari; infra terminum dierum xii. à die scientiæ computañ, quorum primi quatuor pro primo, alij quatuor immediatè seqq. pro secundo; & reliqui quatuor pro tertio, & per remptorio termino, ac trina monitione canonica assignantur; nobis denuncient: qui autē id exequi neglexerint, excommunicationem latæ sententia, nec non alias peñas in Constit. & Decretis Sumorum Pontificum, ac edictis, & præceptis Congregationis Sancti Officij statutas, vel statuendas noverint se incursum, & donec nō reuelauerint absolutionis beneficiū obtinere nō posse. Admonentes huiusmodi denunciandi debito nō satisfieri schedulis, aut literis sive nomine, & cognomine authorem: & neminem ab eo immunem fore sub prætextu correctionis fraternæ factæ, vel faciendæ; aut quid verba prolatæ, seu actus gesti sint indifferentes, adeo, vt ad aliud, quam ad hæresim referri possint.

Judæi, quos in nostris Ciuitatibus, & Dioecesi diuersari contigerit, pileum flauum deferant, & Christifideles cum eis ne conuiuant, edendo, bibendo, vel insimul habitando.<sup>c</sup>

A legendis, & retinendis libris in Constitut. fel. rec. Pij iv. & Clementis viii. à Magistro Sacri Palatij Apostolici, vel à generali Congreg. sancti Officij damnatis, & vel aliter prohibitis omnes se abstineant, sub censuris, & alijs penis contra transgressores ab eisdem sanctis.

Nullius generis libri vèdatur, & nec venales habeantur, neq; notoriè permisiſs exceptis, in nostras Ciuitates, & Dioecesim à Bibliopolis, seu alijs introducantur, nisi prius

<sup>a</sup> Chrysost. homil. in psal. 95. Conc. Lat. sub Leo X. siff. 9.

<sup>b</sup> Confl. Greg. XV. incipit Vniversi. edita xxx. Augusti MDCXXXI.

<sup>c</sup> c. Sept. malorū tā duobus siff. 28.

quis. 1. Bul. Pij V.

edit. 19. Apr. 1566.

incipit Romanus.

<sup>d</sup> Dioec. 4. de fid.

Cath. S. libros.

<sup>e</sup> Conc. Const. siff. 8.

Trid. siff. 4.

Dioec. 4. de fid. Cat.

S. codem.

prius illorum Indice à nostris Deputatis examinato, & gratis subscripto; & Gabellarij dictos libros, absque ipsorum Deputatorum licentia ne relaxent.

Circulatores, & similes libellos cuiuscunque generis sint, absq; licentia nostri Vicarij generalis, vel Forancorum pér Dioecesim vendere ne audeant.

### De Prædicatione verbi Dei, & lectione sacra Scripturæ. Cap. III.

**S**I quando à nobis generalis prædicandi facultas Concionatoribus fuerit impertita; hi tamen sciāt, non propterea esse admissos ad Monasteria Monialium, neq; ad sermones ibidem habendos, in quibus specialis licentia requiratur.

Nouas Sociates instituendas ne proponant, nec, finē nostra licentia nouas processiōnes indicant.

Moneant populum, quod etiam faciant Parochi in eorum sermonibus, vanas cantilenas, quas falsò orationes appellant, & inane obseruationes, quæ tam pro morbis curandis, quam alia de causa fiunt, esse speciem fortilegorum.

Expleto prædicandi munere, nos saltem per literas certiores faciant, an in locis, vbi ipsi prædicauerint, iniurias, superstitiones, corruptelas, abusus, vel alia peccata publica extare cognoverint.

Nullus, nobis inconsultis, occasione quadraginta horarum, vel quavis alia causa, sermones habeat, etiam si in suggestum non ascendat.

Nullus item exemptus, tam secularis, quam regularis in alienis Ecclesijs, & qua sui ordinis non sunt, absq; nostra licentia, & in Ecclesijs suis, aut suorum ordinum sive nostra benedictione, vel nobis contradicentibus: prædicare presumat: qui vero securus fecerit, nostra coercitioni, & punitioni nouerit se subiacere.

Canonicus de Theologali præbenda in Cathedrali nostra • Viterbiæ promus, bis saltem in hebdomada in loco

<sup>a</sup> Conc. Trid. siff. 4. cap. 2. de refor. vers. in Ecclesijs verd.

<sup>b</sup> & vers. regulares verò c. siff. 24. c. 4. de ref. vers. nullus.

<sup>c</sup> Bula Greg. XI. edita nonis Febr.

1622. incip. Inscr. tabili.

<sup>d</sup> Dioec. 4. de pred.

verbi Det. S. eodem.

a Conc. Trid. sicc. 5.  
c. i. de reform.

<sup>6</sup> in loco destinato aliquem sacrorum librorum nobis singulis annis ab eo prius proponeñ. exponat, sub pena subtractionis & fructuū, & alijs nostro arbitrio irrogādīs.

### De Reliquijs, & sacris Imaginibus. Cap. IV.

b Eod. tit. §. si ve-  
tustate.

**S**i quæ reperiantur sacra Imagines ita vetustate, corrosæ, aut deturpatæ, vt iuxta nostras alias Constitutiones <sup>b</sup> ex ligno constructæ, comburendæ, in muro depictæ, dealbâdæ, & in marmore sculptæ in effuso Ecclesia pavimento, contegendæ sint: id nullo pacto absq; nostra licentia fiat.

c Eod. tit. §. sacra. Cons. Preu. Med. I. stris Constitutionibus Synodalibus & præscriptas, tamen ante quam sint benedictæ, in altarib; ne exponâtur; in quibus pariter, si in muro fuerint depictæ, ante benedictionem ne celebretur.

Inuocationes, seu tituli altarium absque nostra licentia, ne immutentur, nec absque ea alia nouæ imagines, seu sculptæ picturæ in dictis altaribus apponantur.

### De Festorum, & sacri Ieiunij obseruatione. Cap. V.

d Conc. Forciulien. can. 13. Trid. sicc.  
25. c. vlt.

**F**estī dies ne sub prætextu pietatis, necessitatis, vel alterius causæ violētur; <sup>d</sup> vnuquisq; prius licentiā petat à Vicario nostro generali, seu à Foraneis in eorū Vicariatu, qui si talia inesse cognouerint, vel alijs ratio postulauerit, eam gratis concedant.

e xxij. q. v. decreuit. f. i. de fer. Diœc. 4. tit. eod. S. sed quoniam. g. Diœc. 4. tit. eod. S. vlt. h. b. hanc eamdem. Iuramenta diebus festis, extra casus à Iure permis- sos, ratione contractus, vel iudicij & ne exigantur. Laici propria auctoritate dies festos / ne indicant. Tassillorū, & alearū ludi semper detestandi sūt, magis autem à Dominica Palmarū, & vñq; ad Dominicam in Albis inclusiū, & à Vigilia Natiuitatis Domini nostri Iesu

Iesu Christi, per totam diem Epiphaniæ. Omnes igitur præsertim tunc temporis & prædictis iudicis abstineant, sub poenâ in alijs nostris Constitutionibus Synodalibus decretis.

Parochi omnes horæ dimidio ante medium noctem carnis priuij, audita campana Cathedralium in Ciuitatibus, & per Dicecesim matricum Ecclesiarum, etiam suarum Ecclesiarum per dictum temporis spatum capanam pulsandam current, vt illius sonitu cessante, cuncti sciunt, absq; ieiunij, & quadragesimæ & violatione, cibis veticis eis uti non licere.

**F**esta autem, & Ieiunia in Ciuitatibus, & Dioceſi seruanda, sunt infra notata.

In Mense **JANVARII.**

<sup>1</sup> **Festum Circumcisionis Domini.**  
<sup>6</sup> **Epiphaniæ eiusdem.**

**FEBRVARII.**

<sup>2</sup> **Purificationis B. M. Virg.**  
<sup>23</sup> **Vigilia.**  
<sup>24</sup> **S. Matthei Apost. & anno bisestili celebratur die 25.**

**MARTII.**

<sup>19</sup> **S. Ioseph.**  
<sup>25</sup> **Annunciationis B. M. Virg.**

**APRILIS.**

<sup>25</sup> **S. Marci.**

**MAYI.**

<sup>1</sup> **SS. Iacobi, & Philippi Apostolorum.**  
<sup>3</sup> **Inuentio S. Crucis.**

**JUNI.**

<sup>23</sup> **Vigilia**  
<sup>24</sup> **Natiuitatis S. Ioannis Baptista.**

28. Vi-

<sup>a</sup> c. quadragesima  
de confecc. dist. v.  
iuncta l. more Ro-  
mano ff. de ferijs.  
Nauar. in Enchir.  
c. 21. n. 12. Syl. in  
V. Ieiuniū n. 28.

8

28 Vigilia.

29 SS. Petri, & Pauli Apostolorum.

I V L I I .

24 Vigilia.

25 S. Iacobi Apostoli Patroni Ecclesia Tuscanen.

26 S. Anna Matris Maria Virginis.

A V G V S T I .

9 Vigilia.

10 Laurentij martiris Patroni Ecclesia Viterbiæ.

14 Vigilia.

15 Assumptionis B.M.Virg.

24 Vigilia.

25 S. Bartholomei Apostoli.

S E P T E M B R I S .

8 Nativitatis B. M. Virg.

20 Vigilia.

21 S. Matthei Apostoli.

29 Dedicatio S. Michaelis Archangeli.

O C T O B R I S .

27 Vigilia.

28 SS. Simonis, & Jude Apostolorum.

31 Vigilia.

N O V E M B R I S .

1 Omnitum Sanctorum.

11 S. Martini Episcopi.

29 Vigilia

30 S. Andree Apostoli.

D E C E M B R I S .

20 Vigilia

21 S. Thomæ Apostoli.

24 Vigilia.

25 Nativitatis Domini.

26 S. Stephani.

27 S. Ioan-

27 S. Ioannis Evangelista.

28 SS. Innocentium.

31 S. Sylvestri.

M O B I L I A .

Paschatis Resurrectionis, cum duobus sequentibus.

Ascensionis Domini.

Pentecostes cum duobus diebus sequentibus.

Corporis Christi.

Ex deuotione, & cōsuetudine Viterbij.

I A N V A R I I .

27 SS. Valentini, & Hilarij.

S E P T E M B R I S .

4 B. Rosa.

Ex deuotione. M A I I .

8 Apparitio S. Michaelis Archangeli.

I V L I I .

2 Visitacionis B. M. V.

22 Maria Magdalena in Civitate.

A V G V S T I .

6 S. Sixti ex precepto in Civitate.

T U S C A N E L L A E .

SS. Viriani, Secundiani, & Marcelliani martyrum,  
ex precepto.

I E I V N I A .

Feria 4. & sabbatho post festa Inventionis S. Crucis,  
& Lucia Virginis.

Post primam Dominicam Quadragesima, & infra  
octauam Pentecostes.

Aferia 4. Cinerum, usq; ad sabbatum sanctum inclusuē,  
exceptis Dominicis.

B De

**C**VM nefas sit pura tangi ab impuris, & sancta ab  
a Conc. Trid. sess. 13. indignis ministrari, omnes sacramenta mini-  
stratur conscientiam mundam à lethali culpa & ha-  
c. 7. de ref. c. quo-  
tidie c. sceleritate,  
e. panē de conf. d. 2. bere current.

Parochi omnes etiam Prefectus fontis baptismalis  
in Ecclesia S. Ioannis Baptiste ordinis Carmelitarum in  
Civitate nostra Viterbij, in conferendo Baptismi sacra-  
mento, diligentiam adhibeant, an obstetrices fuerint à  
Vicario nostro generali in Civitate Viterbij, & in Ci-  
tate Tuscanellæ, & per Diœcesim ab eo, vel à Curatis

b. Diœc. 4. de Bapt.  
S. ad obſtetricis.  
C. Nauar. Man. Cōf.  
c. 22. n. 6.

approbatæ: b. quod per licentiam in scriptis ostendere  
teneantur. Si qua verò comperiatur tale officium sine  
dicta licentia exercere, nobis denuncient in eas debitæ  
poenit animaduersuris: currentq; dictas obstetrices in  
casu necessitatis baptizantes formam c. ab Ecclesia  
præscriptam seruaré.

a. d. Diœc. de Bapt.  
eodem.  
Oblationes, quæ in huiusmodi sacramenti admini-  
stratione porriguntur, ijdem Parochi, dum p. seipso d  
baptizant, vel per eum, quem ex rationabili causa ad  
ipso coadiuviandos in exercenda cura permisum fue-  
rit recipere valeant: secus autem quando alium Sacer-  
dote a ad hunc actum delegassent.

Sanctissimum Eucharistia sacramentum absque no-  
stra licentia, neque ad parui temporis interuallum, ab  
aliquo, etiam à regularibus publicè exponatur: c. nisi  
ex antiquo instituto competit huiusmodi facultas; &  
tunc non nisi de manæ exponatur, & semper assistenti-  
bus duobus, nec non Clerico, vel Sacerdote, si fieri  
potest.

i concordat cū Conc.  
Trid. sess. 13. c. 6.  
de ref. c. sanè de-  
cel. Miss. c. perue-  
nit c. presbyter de-  
conf. dist. 2.  
Diœc. 4. de Euch.  
c. Feria quinta.

Feria vi. f maioris hebdomadae in omnibus Ecclesijs,  
quæ habent ius asservandi sanctissimam Eucharistiam,  
opportunitus pro sepulchro ut vocant, apparetur locus,  
in quo illa asservetur, quam in crastinum presbyter erit  
sumpturus, & pro infirmis communicaturis.

In die Parasceue nullus Sacerdos communicet, etiam  
si fe-

si festum solemne occurrat, nisi aliud necessitas suaserit.

Vnusquisq; postquam ad annos discretionis perue-  
nerit, a singulis annis, saltem in Paschate Resurrectionis  
Domini nostri Iesu Christi, ex præscripto sanctæ matris  
Ecclesiae, b. sanctissimam Eucharistia, debita præpara-  
tione præmissa, recipiat, nisi ad aliud tempus de consi-  
lio Confessarij esset differendum: eos autem, qui hu-  
iusmodi præcepto in diœco tempore Paschali, hoc est à  
Dominica Palmarum, vsq; ad Dominicam in Albis in-  
clusiuè, non satisfecerint; Parochi intra quindecim  
dies à dicta Dominica in Albis computaudos nobis de-  
nuncient.

Ministrantes sanctissimum Eucharistia sacramentum,  
current porrigi etiam ablutionem, eamque recusantes  
congruo tempore sumere hortentur.

In actu communicandi, præsertim inter Missarum so-  
lemnia confessiones in altari nullo pacto audiantur. c.

Presbyter celebratus dum erit Sacerdotalibus ve-  
stibus induitus, vel in oratorio maneat, vel recto tramite  
ad sanctissimum sacrificium peragendum pergat, inter-  
ius, & exterritus debitæ devotionis actibus seruatis. d.

Hostiæ pro sanctissima Eucharistia confienda à  
Clericis fiant, à mulieribus verò nullo pacto. e.

Nemo, absq; Sedis Apostolica licentia, dum Missam  
celebrat, subireto vtatur. f

Tres Missæ g. in die Nativitatis Domini nostri Iesu  
Christi facturus, vnam post alteram in eodem Altari  
cointinatè, nisi ob legitimam causam intermittere cog-  
atur; celebret. Nolumus autem, per huiusmodi trium  
Missarum celebrationem pluribus, pro alijs, qui Missam  
celebrare tenentur, obligationibus satisfieri.

Omnia, quæ in Rubricis Missalis præscripta sunt,  
seruentur; b. & sequentia, i. quæ in Missis quotidianis  
mortuorum arbitrio Sacerdotis dici potest, in die Com-  
memorationis Defunctorum, Depositionis defunctorum, &  
quandoenque vna tantum dicitur oratio; nullatenus  
omittatur.

2 Diœc. 4. S. omnis.

b. c. omnis t. trinus;  
sexus de pœnit. &  
remise.

c. Diœc. 4. de Euch.  
S. non est ferendū.

d. Cœc. Trid. sess. 21.  
de obj. & eui.  
in celebr. missa.

e. Diœc. 4. de Euch.  
S. Cœlos.

f. c. nullus de conse.  
dist. 1. Diœc. 4. de  
sacrif. miss. S. Sa-  
cerdos.

g. c. n. de sancta de-  
cens. dist. 1. c. con-  
sultus de celebr.  
miss.

h. consonat Cœc. Tri.  
sess. 22. de obseru.  
& enit.

i. vi habet. in rubr.  
Missalis de Misla  
Defunctorum.

*a. c. nibil 7. q. 1.*  
Sanctissimum hoc Missæ sacrificium, non nisi diebus  
peragatur, illudq; cæptum, absq; legitimo impedimento,  
ne relinquatur: qui verò in altero contrarium at-  
tentare presumperit, excommunicationis & sententiā  
sustinebit.

*b. Pont. Rom. circa  
fin. vers. Quia res.  
Dicec. 4. de sacr.  
Miss. S. Clerici.  
c. d. Dicec. eod. tit.  
S. Exteri.*  
Ad sacrū Presbyt. ordinē nouiter promoti, nisi prius  
à nobis super sacris ritibus, & cœremonijs *b* prævio ex-  
amine approbati fuerint; missam celebrare ne præsumat.

Alienigenæ, & exteri *c* ex deuotione celebrare volé-  
tes, si habitu decenti fuerint induti, & alia necessaria re-  
quisita habuerint, ab Archipresbytero in Ciuitatibus,  
& à Parochis per Dicecesim, ad Missæ celebrationē per  
breue tempus admitti valeant. Si verò pro eleemosyna  
celebrare voluerint; non nisi à nostro Vicario generali  
huiusmodi licentia concedatur.

Qui in libro, in quo notantur Missæ, quomodo cunq;  
falso scripserint, quò ad illarum celebrationem, vltra  
pœnas contra falsarios impositas, si presbyteri sint,  
etiam suspensionis à diuinis incurant.

In qualibet Ecclesia, vbi plures, quād duæ missæ in-  
die fieri solent, antequām ultima celebretur paulò ante  
campanæ signum longiori pulsatione detur.

Confessarij infra mensem à die, quo ad confessiones  
audiendas fuerint approbati, sub pœna suspensionis ab  
huiusmodi facultate, Sumarium Bullæ *d* Cœnæ, & cartu-  
lam casuum nobis reseruatorum, sedi confessionali af-  
fixam habeant.

CASVS autem, quorum absolitionē nobis reser-  
vamus, præter eos, qui in corpore Iuris claudūt, sunt  
infra scripti.

*1 F* Amosos libellos componere, scribere, euulgare,  
auxiliumque, consilium, & mandatum ad hoc  
præstare.

*2* Suffocatio infantium.  
*3* Occupare funerum ceras.  
*4* Monials violare, & cum eis lasciuia colloquia, seu  
tactus habere, vel amatoria litteras ad ipsas scribere,  
aut

aut illarum opera uti ad malum finem, cum excommu-  
nicatione latæ sententiæ, quoad violentes, vel tactus  
habentes.

*5* Incæstus in primo & secundo gradu, quoad mas-  
culos tantum.

Restitutio incertorum vltra aureum.

Votorum commutationes.

Ab his, & alijs Casibus, & censuris & in futurū forsan,  
prout expedire videbitur, nobis reseruandis, Cōfessarij  
caueant, ne absoluat: alioquin pœnas saceritas in decretis  
Clem.VIII. & super hoc emanatis, se subituros sciant.

Confessarij, licet à nobis ad confessiones audiendas in  
nostris Ciuitatibus, & Dicecesi generaliter sint admissi;  
tamen animaduertant, se ad Monialium confessiones  
audiendas non esse approbatos.

Nihil à pœnitentibus, etiam sub prætextu celebrandi  
Missas, vel restitutionis faciende directè, vel indirectè  
exigant, & sub pœna suspensionis à diuinis: & exacta  
non faciant sua, sed locis pijs, non tamen propriæ Ec-  
clesiæ, applicare debeant.

In actu sacramentalis confessionis, colloquia ad illam  
non pertinentia vitare curent: ab illicitis autē, & inho-  
nestis sermonibus, siue tractatibus quibuscunq; omnino  
ablineant, perpeccites huius nefādi sceleris enormitatē,  
& sanctità circa illud à Greg.XV. in bulla supra *d* relata.

Valde expedit animarum saluti, vt Confessarij in  
sacramento pœnitentiæ semper studeant seruare uni-  
formitatem, & quod unus pro salute pœnitentis cōstruxit,  
ab altero non destruatur: propterea inter cœtera ani-  
maduertant se sciscitari: à pœnitente, an pro peccatis  
enunciatis, vel enunciādis, ab alio fuerit eidem absolutio  
denegata, quam, si aliqua iusta causa non obtinuerit,  
nec de facili eam impertiantur: itidem nec pœnitentiā  
ab uno in iunctam finē iusta causa commutent: & sic in  
reliquis, vt inter se conformes sint hortamur.

Coniuncti, familiares, & domestici, infirmi infra tri-  
duum, vel citius, si morbi qualitas ita suadeat, Parochū  
de infirmitate certiore faciant, ac tam ipse, quād alij

*a Confit. Pauli V.  
7. Jan. 1617.*

*b die 9. Jan. 1601.  
c 26. Nover. 1602.*

*c Dicec. 4. de pœnit.  
S. Gene per hoc.*

*d cap. de fid. Casb.  
S. hereticis.*

*e Dicec. 4. de pœnit.  
S. ad eorū malitia.*

a Conf. Pij V. incip. prædicti ægrotum ad sacramentalem confessionem, supra gregè 2. may suadeant, & inducant.

b De par. S. quod autem. Dum in alijs nostris Constitutionibus Synodalibus dictum fuit, ut Parochialia beneficia obtinentes probati censeantur ad audiendas tantummodo confessiones suorum Parochianorum; per præsentes declaramus nostræ intentionis non esse, generali consuetudini circa hoc derogare.

Sacra olea vetera, pro euitandis quibuscumq; periculis, quæ experientia evenire docuit, dum in lampade comburuntur, bombyce, stupa, vel alio modo absorpta comburantur, & cineres in sacrario reponantur.

c Dioc. 4. de sacris oleis S. Animad- hortant. Parochi omnes curent habere olea sacra & saltē sabato maioris hebdomada: quod si facere neglexerint, seuerè contra eos procedemus: illa verò extra Dioce- sim ne recipient: & si contigerit, vt à nobis sacrum chrisma confectum non fuerit; Cathedralis nostra Vi- terbiæ aliunde tam opportunitate ea habere curet, vt con- gruo tempore subministrare valeat. Archipresbyter autem notet, & quibus illa consignet, nec alijs, quam in sacris constitutis & ea tradat.

d Conc. P. Med. 2. de facr. in gen. n. 27. e c. Presbyteri diff. 95. Conc. Prov. Med. 2. de sacram. na. 29. f Sess. 23. c. 5. de ref. g Conc. Med. 2. que ad ord. n. 8.

Qualitates in ordinandis perquirendæ ex præscripto Concilii Tridentini f etiam pro dimissorijs impetrandis per mensem ante examinentur, idemq; seruunt ab ijs, qui primo clericali charactere insigniri cupiunt: & qui etiam probare teneantur, se gymnasium saltē per sex menses tunc proximè elapsos frequenter, & de legitimo matrimonio procreatos fuisse. Ad alios ordines promouendi habitū clericalē b detulisse doceant: hic autē ne gestetur à laicis, i sub pénis amissionis habitus, alijsq; noltro arbitrio irrogandis, & super hoc præfecti Ecclesiarum inuigilent.

h Argum. c. nullus 21. q. 4. Conc. Pr. Med. 2. que ad ord. sub num. 17. i Idem Conc. 3. de via, & hou. Cler. sub num. 2.

Parochi falso attestantes ordinandorū proclamata, siue denunciationes fecisse, vel circa eas quomodo cumq; falsitatem committentes, vitra penas contra falsarios

l Argum. c. quando decretas, suspensionem & quoque à diuinis incurvant. dicit. 24. iunct. glo. ibidem. m Cœc. Trid. sess. 24. exco. humana affectione postposita, fideliter munus suū

exe-

exequantur, & ad ordines, beneficia tam curata, quam alia, & confessiones nō nisi idoneos approbēt; alioquin Deum habebunt vltorem; (& si constiterit) seuerè à nobis punientur.

n Ecclesiæ curati tabellam confiant omnium Clericorum seruicio Ecclesiæ a scriptorum, eamq; in sacristia affigant: & si qui huic seruicio a scripti non reperiantur, in Ciuitatibus Cathedrali, in Diœcesi Matrici Ecclesiæ a scripti censeantur: quod si à debito seruicio destiterint, eos moneri curent, ac nobis denuncient inobedientes, vt opportunè prouidere possimus, & si per tres menses in negligentiâ perdurauerint, iusta cessante causa, etiam ad priuilegijs clericalis priuationē denueniemus, qui verò ad alios ordines promoueri institerint, huius præstiti seruicij fidem, & ac testimonium a prædictis Curatis, quorum conscientiâ super hoc one ramus, habere curent, alias ad altiores gradus ascēdere minimè permittemus.

Ad sacros Subdiaconatus, & Diaconatus ordines promotisi in Ecclesia, cui fuerint a scripti, ordines suscepitos exercere nequeant, aliam eligant Ecclesiam, in qua talia munia obeant, & de huiusmodi electione nos doceant.

Nemo Sacerdoti, & Clerico sacerulari, aut Regulari se exorcizandum b tradat, sub pena scutorum b decem pro qualibet vice, cui subiacere volumus etiam consilium, vel opem ad hoc præstantes. Sacerdotes itidem, & Clerici sacerulares, aut regulares sine nostra licētia Energumenos, etiam in propria Ecclesia, ne exorcizent.

Non audeant Parochi, nisi in Parochiali Ecclesia, & interdiu matrimonia b celebrare, alioquin grauter à nobis punientur: nec aliquem in matrimonium conjungant, de quo verisimiliter dubitari possit, vt rudimenta fidei non calleat: qui si de ijs opportuno tempore interrogatus scientiam non habeat, cum ad nos transmittat, vt quid expedit decernere possimus.

Paro-

a Conc. Pr. Med. 2. que ad ord. n. 95.

b idem Conc. 4. de min. Eccles. n. 78.

c Dioc. 4. de matr. S. Sacerdos coning.

Parochus, vel Sacerdos etiam regularis, qui alterius  
a Conc. Trid. sif. 24.  
e. i. de ref. S. quod si Parochia sponsos, <sup>a</sup> finē nostra, vel Parochilicentia,  
quis. Dicte. 4. de matrimonio coniungere, aut benedicere ausus fuerit,  
Matri. S. ne quis. se ipso iure suspensum esse sciat.

b Dicte. 4. de matri.  
S. desistabilem. Sponsi ante contractum matrimonium commēcium  
 inter se ne habeant, <sup>b</sup> sub poena carceris ad mensem,  
 seu quinquaginta scutorum monetā; & alijs sanctis in  
 nostris Constitutionibus Synodalibus primo loco editis.

### De Concubinarijs. Cap. VII.

c ead. Diacef. de  
Concubin. Cūm opportuna remedia contra Concubinarios  
 alias à nobis adhibita non sint sortita effectum,  
 qui ad salutem animarum huiusmodi perditorum homi-  
 num cupiebatur: vt, quantum in Domino possumus,  
 tale delictum euellatur; præter ea, quæ in alijs Con-  
 stitutionibus Synodal. <sup>c</sup> de cuncta sunt; mandamus contra  
 prædictos, etiam post delictum, per omne probationis  
 genus <sup>d</sup> procedi. Hortantes, ac monentes omnes di-  
 tioni nostræ subiectos, vt nobis significant, si quem sci-  
 uerint in huiusmodi damnationis statu vitam ducere,  
 vt à dæmonis fauibus oves nostras eripere valeamus.

d Arg. c. cum tanto  
de consuet. iunctio  
c. vbi periculum de  
stet. in 6. Parochi etiam, qui vna nobiscum in vinea Domini  
 elal orare debent, omni diligentia inuigilent; an in-  
 eorum Parochijs tales adsint concubinarij, & an iij, de-  
 quorum coniugio aliqua sinistra suspicio haberi potest,  
 fidem habeant matrimonij: <sup>e</sup> de qua etiam, si dubitari  
 contingat, nos certiores faciant: quæ si neglexerint, &  
 nobis, cum possent, non denunciauerint, si aliunde ad  
 nostram peruenierit notitiam, seuerè in eos animad-  
 uertemus.

f Diace. 4. de Cōcub.  
S. ne aliquibus. In cauponij, <sup>f</sup> & alijs diuersorijs inhonestæ mulieres  
 ne detineantur, nec ipsæ in publicis vijs inhonestos, &  
 impudicos actus faciant, sub poena fustigationis, & exiliij  
 à nostris Ciuitatibus, & Diocesis.

### De vita,

### De vita, & honestate Clericorum. Cap. VIII.

a Dicte 4. cod. iii.  
S. inferiorum. PResbyteri, qui iusto detenti impedimento sacrum  
 confidere non poterunt, saltem tertio quoq; mensis  
 Dominico die, <sup>a</sup> & in solemnitatibus Ecclesiæ sacram  
 sumant Eucharistiam: quod & Clerici seruent, necnon  
 Diacones, & Subdiaconi tunc, & quoties in altari mini-  
 strare tenentur.

In facris constituti, etiam si regulares sint, choreas  
 ne ducant, <sup>b</sup> ne lontent, ne larvati incedat: alias contra  
 delinquentes etiam post delictum procedetur.

Clerici vbiq; ludis prohibitis, <sup>c</sup> publicè verò, & cum  
 personis vilis conditionis, etiam in occulto, omni ludo-  
 rum genere se abstineant, nec ludentibus intersint: alio-  
 quin transgressores seuerè punientur.

Laici cū Clericis ne ludant sub poena amissionis eius,  
 quod lucrati fuerint, & alijs nostro arbitrio.

In minoribus ordinibus constituti saltem Cathechis-  
 mum, <sup>d</sup> Scrutinium Sacerdotale, & Officium B.M.V.  
 Subdiaconi, Diacones, & Presbyteri Cathechismū, Bre-  
 uiariū, Conciliū Trid., aliquem ex Summis; Parochi  
 præter hos etiam aliquod Homiliariū, Rit. Rom. & ali-  
 quam Praxim curæ administrandæ: omnes verò præ-  
 dicti nostras præsentes, & alias editas Constit. Synod.  
 habeant.

Per loca habitata vestem decentem <sup>e</sup> cingulo colli-  
 gatam, aut globulis obstrictam, & congruam coronam  
 in capite semper habeant, sub poena aurei, ad cuius solu-  
 tionē Vicarij For. transgressores statim compellant.

### De modo conuersandi in Ecclesijs. Cap. IX.

f Conc. Pro. Med.  
4. de Relig. in sac.  
loc. const. n. 12. A Nte Ecclesijs, Monasteria Monialium, aliaq; loca  
 pia per viginti passus cuiuscunq; generis ludi ne  
 fiant, <sup>f</sup> choreæ ne ducantur; nec vllum opus, quod  
 orantibus impedimento esse possit, peragatur.

In Ecclesijs unusquisque studeat debita reverentia,  
 ac deuotione commorari, circulos, vana colloquia, &

g alia

18

*a c. decet de immunitate Ecclesie. Conc. i. id. sess. 22. de cr. de cibis.* alia indecentia vitare: *a præsertim circa labrum aquæ benedictæ, vbi nemo audeat moram facere.*

*Eccles. 4. de modo conuert. in Eccles. & enit. in cel. miss. die pro viribus, is, ad quem spectat, ornari curet, & sanctissimum Missæ sacrificium solemnri ritu fiat.*

*Dicte 4. de modo conuert. in Eccles. Inspections cadauerum occisorum, vel vulneratorum in Ecclesia existentium, absq; nostra licentia, nullatenper totum.* *b Dicte 4. de funer. & intercessor. nus fiat, b sub pena excommunicationis: quo ad laicos, & suspensionis, quo ad Ecclesiasticas personas huiusmodi actui consensum præstantes.*

*Conc. Pr. Med. de imm. Eccl. n. 6.* Rei ad configiendum in Ecclesiam ne inuitentur, & si ad eam configerint, Rectores Ecclesiarum intra triduum illorum nomina nobis deferant.

*c Conc. Pr. Med. 4. de Cœm. n. 9.* Cœmeteria muro sint circundata, arbores inde euellantur, Crux in medio collocetur, & quod illius loci religioni aduersatur minimè fiat.

*De Inuentario Rerum Eccles. faciendo, & illis non alienandis. Cap. X.*

*d Dicte 4. ed. tit. in priece.* **C**apitula, Ecclesiarum Rectores, Monasteriorum præfecti, alijq; piorum locorum administratores integrum, fidele, & authenticum bonorum omnium stabilium, mobilium, se mouentium, & iurium quorumcunq; ad dicta loca spectantium Inuentarium conficiunt, illudq; seruari in Archivio cuiusq; loci, sub fida custodia.

*e Extranag. ambit. de reb. Eccles. non alien.* Obtinentes breue Apostolicum pro rebus Ecclesiæ alienandis si in evidentem appellatum, antequam conditiones in eo apposita fuerint verificatae, & super hoc sententia lata, possessionem ne transferant, alias in excommunicationis & pena se incidere sciant: & si ad nostram notitiam peruerterit, penitus queq; pecuniarijs contra eos procedemus.

Montium Pietatis administratores conuertentes sine licentia Sedis Apostolice ipsorum montium pecunias in alios usus, quam in eorum erectione præscriptum est; excommunicationis lata sententia penam Romano

Po-

**19** Pontificis reseruatae, non, nisi facta integra restitutione, absoluunt incursum sciant. *a*

In: hanc eandem excommunicationis latæ sententia penam nobis illius absolutione reseruata, volumus incidere eos, qui bona in custodia eiusdem Montis existentia auferunt, vel ea in deterius permutant.

Qui rationes introitus, & exitus locorum piorum quomodo cumq; mutauerint, alienauerint, seu alijs falsificauerint, penitus contra falsarios, alijsque nostro arbitrio punientur.

Notarij super alienatione bonorum Emphyteuticorum Instrumenta ne stipulentur, nisi unico contextu Rector Ecclesiæ proprietariæ, cuius beneplaciti reseruatio non sufficiat, consensum præstiterit sub pena scutorum 25. & refectionis interesse, ipsiq; & alij ultimarum voluntatum susceptores, sub eadem pena infra quindecim dies computati à die publicati Testamenti, Ecclesiarum Rectoribus, piorum locorum administratoribus, vel Cur. nostræ relicta ad pias causas: Episcopo autem legata ad eius fauorem in testamento contenta notificare teneantur. *b* Cum autem hi agrotauerint Parochi eos opportune interrogant, an aliquod testamentum confecerint, in quo huiusmodi relicta continentur. illudq; sub tutâ custodia seruari current.

Cancellarij, Vicecancellarij, seu substituti, alijq; in nostra Episcopali Cancelleria pro tempore existentes, sub pena excommunicationis latæ sententia, cuius absolutionem nobis reseruamus; alijsq; nostro arbitrio, omnia Instrumenta, quæ ipsi tam in Cancelleria, quam extra stipulati fuerint, intra decendum à die stipulationis in Prothocollum referant: illorumq; exemplum authenticum, vel simplex, aut fidem, sub eadem excommunicationis pena dare nequeant, dum ab eis huiusmodi officium non exercetur: quamvis minutæ apud ipsos remanserint: originalia dictorum Instrumentorum apud se ne retineant, sed in ipsa Cancelleria remaneant, & dum officiū exercent, Processus, Apochas, Instrumenta, aliasue cuiuscunque generis scripturas ē

C 2 dicitur

*a ex Conf. Pauli V. incipit Onerosa. Romæ publicata. Febr. 1615.*

*b Dicte 4. ed. tit. in fin.*

20

dicta Cancellaria ne extrahant, nec alijs dent, absque nostra licentia, nisi quando ex stylo Curiae danda esset copia, vel eius loco, in casu necessitatis, originale: tunc autem ne detur nisi cu[m] fide de recepto, ac obligatione de restituendo infra competentem terminum.

Omnis, & singuli, qui dolo, vel fraude retinent Instrumenta, Apochas, aut cuiuscunq[ue], generis scripturas dicta Cancellaria, Mensa Episcopalis, Ecclesiarum, aliorumq[ue] piorum locorum quomodolibet interesse concernentes nobis, & respectiu[m] Ecclesiarum Rectoribus piorum locorum administratoribus, sub eadem excommunicationis late sententiae pena, cuius absolutionem nobis etiam reseruamus; infra quindecim dies consignare teneantur.

Libri omnes publici, Camerariatus, punctaturarum, Missarum celebratarum, Capitulorum, & similius postquam completi fuerint, in Archiujs conseruentur.

Beneficiati, & piorum locorum Administratores bona Ecclesiastica, quoad fieri potest, vicinis ne locent: si autem necessitas, vel utilitas cogat, omni collusione, fraude, & dolo cessante, in locationis apocha, seu instrumento omnino terrae quantitas, aut mensura cum diligent confinium descriptione exprimatur, nec dictae locationes fiant consanguineis sine nostra speciali licentia: sub pena nullitatis locationis, & alijs nostro arbitrio, tam contra locatores, quam conductores irrogandis.

Bona Capitulorum Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum, Dignitates obtinet, Canonis, Capellani, & Curatis; Bona verò Societatum, & piorum locorum Officialibus, Deputatis, Syndicis, & Administratoribus, durante ipsorum officio locari pariter prohibemus sine nostra licentia.

In locatione agrorum, & aliorum bonorum, quæ pro aliqua rata pertinent ad Ecclesias, vel alia pia loca, iij, ad quos locandi ius spectat in locationis Instrumento, seu Apocha, omnino dictæ ratæ mentionem faciant.

In

*a Conc. Pr. Med. 4.  
que pertin. ad bon.  
Et iur. Eccles. cons.  
n. 8.*

21  
In laudemj, annuis canonibus, vel censibus Beneficiati, & locorum piorum administratores curent aliquando super solutione publicu[m] celebrari Instrumētū;

Hæres Clerici beneficiati defuncti, Apochas, & Instrumenta ad eius beneficia spectantia, & in bonis inuenta successoribus in beneficijs consignare teneantur.

### De Diuinis Officijs. Cap. XI.

Diuina officia attentè, ac deuotè recitentur, & a c. dolentes de celebraz. missarum.

*Conc. Trid. sess. 24.  
c. 12. vers. omnes  
verò.*

In hoc Præfecti Chori alijs exemplo sint, pro viribus studentes, ut à reliquis idem seruetur; nobisque denuntiēt delinquētes, contra quos, stando simplici dicto reuelantium, vltra punctuationis pœnam, ad alias nostro arbitrio procedemus.

A Choro absq[ue] licentia Præfecti, etiam causa celebrandæ Missæ, nemo discedat, qui secus fecerit tanquam absens punctetur.

Absentes à Choro aliquis officij, negotiorum Capituli, celebrationis Missarum, aut alia iusta, & legitima causa, quando verò, & actu in prædictis non sunt occupati, meminerint se teneri interesse.

In Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesijs deputetur Canonicus, qui Præfectus ceremoniarum appelletur, cui ceremoniarum Magister relationem habeat. In ijsdem etiam Ecclesijs quotidie horis congruis, Diuinū officium in Choro recitetur, sub pœnis in alijs nostris Constitutionibus b sanctis; non obstante quacunque contraria consuetudine.

Canonici earundem Ecclesiarum, illos sacros ordines assumant, quos eis per statutum, & officij rationem suscipere licebit: interim verò, nisi saltē in Subdiaconatu ordine constituti sint, non modò in Capitulo vocateant, sed etiam Canoniciatus fructus, & omni collusione, & fraude excolfa, nullo modo recipiant.

Liber cōficiatur in quo describantur anniuersaria, quæ infra annum celebrari debent, & in eo annotetur quo

*b Dicec. 4. de Dis.  
offic. S. in Cathedr.*

*c Cœc. Trid. sess. 22.  
c. 4. de ref. Dicec. 3.  
de Canon. horis.*

*d Conc. Pr. Med. 4.  
de min. Eccel. n. 40.*

quo die celebrata fuerint, & vt illorum celebratio omnibus innoteat, Camerarius, vel is, ad quem spectat per diem ante in sacrificia in scriptis notificet.

<sup>a</sup> Conc. Pr. Med. 4.  
de miss. sine canitu  
in quib. Ecccl. n. 22.

<sup>b</sup> Cœc. Trid. siff. 22.  
c. 9. de reform.

Missa, que celebrari debent pro defunctis ex legato particulari, scribantur per celebrantem, & in libro, pro cuius anima, seu ex cuius legato celebrata fuerint.

Camerarius, & alij officiales fabricæ, & sacrificiæ in prædictis Ecclesijs librum introitus, & exitus conficiant, & in fine anni dent Syndicatum, administrationis, <sup>b</sup> alioquin nec ad illud, nec ad aliud officium in posterum deputari valeant: insuper in diuisione introitus apacha eorum retineatur, alias qui eam consignauerit de proprio teneatur. libri vero fabricæ, & sacrificiæ expleto anno consignentur Archiuistæ, & liber Camerarij successori.

Canonici tam Cathedralium, quam Collegiarum ea, que tractantur in Capitulo ne reuelent: quod si Capitulum super illis, seu aliquis eorum silentium, indicat; illud sub pena excommunicationis latæ sententiæ seruare teneantur, in quam non incident, dum inter ipsos Capitulares, omni fraude cessante, vel nobiscum agerent.

Iisdem Canonis sub prætextu absentia trium mensium ex Decreto fac. Conc. Trid. c. eis permisæ, ne licet omnes simul eodem tempore a Chori seruitio abesse, ita ut penitus illud destituatur, sed omnino current, vt in præfatis Ecclesijs horæ Canonica, & missa Conuentualis singulis diebus statutis horis celebretur.

Obligantes in Cathedralibus, vel Collegiatis nostrorum Ciuitatum, & Diocesis Ecclesijs Dignitates, Canoniciatus, aut alia beneficia, quorum ratione Missas, Euangelium, aut Epistolam dicere, vel cantare tenentur; talia munia per se ipsos obeant, & exequantur, <sup>d</sup> alioquin trium iuliorum penam incurvant, illi persoluendam qualibet vice, qui præscripta munera impleverit, omni collusione, aut remissione, sub pena suspensionis, penitus exclusa: legitimo autem detenti impedimento, per alium opportuno tempore satisfieri current.

Dum

<sup>23</sup> Dum Dignitates, aut Canonicatus in nostris Cathedralibus, & Collegiatis obtinentes in eorum ingressu iuramentum præstant de obseruandis Constitutionibus, & Consuetudinibus dictarum Ecclesiarum; volumus etiam, vt illud præstant de fideliter exercendo omne, & quodcumq; officium & quod quomodolibet obire contigerit, punctando circa ea omnia, que etiam in nostris Constitutionibus statuta reperiuntur, quod si neglexerint adhuc illud præstitum intelligatur, & contra transgressores vti periuros procedemus, quamuis de præfatis re ipsa non iurauerint.

Né onera, seu res Ecclesiarum, & Capitulorum singulari annis, tam de nostro mandato, quam aliter per agenda, seu tractanda obliuioni demandentur: fiat de illis notula, seu tabula, <sup>b</sup> que in publico affigatur, & semel in anno, vel quoties Camerario, seu alteri officiali placuerit, legendo memoria redigantur.

Hortamus Presbyteros, & Clericos, vt in Ecclesijs, vbi plures ipsorum conuenire solent, in sabbato defero ante crepusculum Litanias, vel saltem Antiphonā B.V. seu hymnum, & orationem eiusdem iuxta temporis qualitatem, dato etiam certo campanæ signo, decantent.

<sup>a</sup> Conc. Pr. Med. 4.  
de ijs, qui ad Cap.  
Cath. n. 18.

<sup>b</sup> idem Conc. Pr. de  
Min. Ecccl. n. 40. &  
de Sacrifi. sub n. 25.

<sup>c</sup> idem Conc. de Di  
uinis Offic. n. 37.

### De Regularibus, & Exemptis. Cap. XII.

**A** Nimarum cura, sollicito studio exercenda est; ideo ij, ad quos spectat, eorum munus implere satagant; alioquin in Sæculares, & Regulares, etiam exemptos, qui circa id, aut sacramentorum administrationem deliquerint, debitæ penæ ex præscripto Bullæ <sup>d</sup> S. mem. Gregorij XV. animaduertemus.

Contra Sacerdotes Sæculares, siue Regulares, & quomodolibet exemptos, qui ad inhonestæ quomodolibet perpetranda in actu confessionis sacramentalis, siue ante, siue post immediate, seu occasione, vel prætextu confessionis, etiam ipsa non sequuta, siue extra

<sup>d</sup> Incipit Inscrutatio  
bile, edita Roma 8.  
Febr. 1623.

occa-

<sup>a</sup> 24  
occasione in confessionis in sede confessionali, vel in  
quocunq; alio loco vbi confessio[n]es sacramentalis au-  
diuntur, seu ad hoc electo, simulantes ibidem confes-  
siones audire, tentauerint sollicitare, vel prouocare,  
& inhonestos sermones, sive tractatus habuerint, pro-  
ut in causis sancte fidei nos, & Inquisitores procedemus:  
& culpabiles repertos suspensio[n]is ab exequutione  
ordinum, priuationis beneficiorum, & officiorum quo-  
rumcunque, ac perpetua inhabilitatis ad illa, nec non  
vocis actiæ, & passiæ, si Regulares fuerint, exilio,  
tremendum, & carceris etiam perpetui poenis, & alijs pro  
delicti enormitate, etiam degradationis, & curia secul-  
lari traditionis, iuxta formam Bullæ Gregorij XV.<sup>a</sup>  
puniemus.

<sup>b</sup> c. placit. 11. q. 2. Compares ne sint, & Parochos eos admittentes pena  
Diœc. 4. e. d. iii. sculatorum decem puniemus: hortantes Sacerdotes secul-  
laries, vt etiam ipsi se abstineant a suscipiendis infan-  
tibus de sacro fonte.

Regulares cuiuscunq[ue] ordinis, etiam mendicantij noua Monasteria, Collegia, Domos, Conuentus, & alia loca, regularia ne audeant erigere, fundare, seu alijs quomodolibet instituere, vel recipere in locis nostræ dictio[n]i subiectis, absque nostra licentia scripto exarata, non nisi adimplitis conditionibus à Summis Pontifici-  
bus <sup>c</sup> præscriptis, concedenda:

<sup>c</sup> Clem. IX. Bull. incipit Quoniam ad  
institutu[m]. 23. Iulij 1603. Greg. XV.  
de anno 1622.  
¶ Vrb. IX. incip.  
Romanus. 28. Aug.  
1624.

Noua loca pro Eremitis nobis incôsultis ne erigâr[ur],  
& in iam erectis vnius tantum, de cuius vita, & morib[us]  
constet, commorari valeat: nisi aliter nobis met expedi-  
re visum fuerit.

Nemo pariter habitum eremiticum, absque nostra  
scripta licentia assumat: & ad huiusmodi habitum ad-  
missus, diebus tantum statutis, & seruata forma licen-  
tiae mendicare valeat, sub pena exilio à Ciuitatibus, &  
Diœcesi, nec non amissionis eius, quod lucrat[us] fuerit:  
quod ille Regularis faciat suum, qui cessante scandalo,  
ac tumultu, illud abstulerit.

Per

<sup>d</sup> 25  
Per nostras Ciuitates, & Diœcesim nemo audeat que-  
ritare & sinè licentia Vicarij nostri generalis, qui in ea <sup>e</sup> Diœc. 4. de quer.  
concedenda, ægestatis instantium, & Religiosorum Men-  
dicantium, qui in Conuentibus dd. Ciuitatum, & Diœ-  
cesis commorantur, rationem habeat.

Mulieres terij ordinis, quas de pœnitentia, vel Piz-  
zochas appellant, nec nō Fratres Tertiarij, Corrigati,  
Mantellati, & similes seruent ad vnguem dispositionem <sup>f</sup> Lati 20. Decemb.  
decreti <sup>b</sup> emanati à sacra Congreg. Cardinaliū negocijs 1616. incip. Sacra.  
Episc. & Regul. præpositorū: & nemo sinè nostra facul-  
tate nō, nisi verificatis requisitis in d. decr. præscriptis,  
tribuenda, huiusmodi habitum suscipiat.

Loca Monialij intra numerū ex decreto <sup>c</sup> eiusdem  
fac. Congregat. ante illorū vacationē ne promittantur.  
Cofestarij ad earum confessiones audie[n]ti deputati in  
monasteriorū ædibus iuxta sâcita <sup>d</sup> à dicta S. Cōgreg. ne  
pernoctet.

#### De Parochis. Cap. XIII.

P[ro] Arochi debita vigilancia, & sollicitudine munus suū  
exequi studeāt, adimplēdo omnia à fac. Can. Apost.  
decr. gen. Occum. Conc. & præsertim Trid. eis iniuncta:  
ex quibus hæc recensere opera[re] pretium duximus.

Diebus saltem Dominicis, & festis solemnibus ple-  
bem sibi commissam pro sua, & earum capacitate pas-  
cant salutaribus verbis, docendo quæ omnibus necessa-  
ria sunt ad salutem.

Tempore Ieiuniorum, Quadragesimæ, & Aduentus  
quotidiè, vel saltem tribus in hebdomada diebus diuinâ  
legem annuncient: <sup>f</sup> & si die, qua in eorum Ecclesijs à  
Concionatore deputato prædicatur, id omitti permitti-  
tur; huiusmodi munus alijs diebus omnino adimpleant.

Frequenter inter missiarum solemnia <sup>g</sup> ex ijs, quæ in  
missa leguntur aliquid exponant, de sanctissimi sacrificij  
mysterio aliqua declarant: Pueros diebus præsertim  
festis, rudimenta fidei, <sup>b</sup> obedientiam erga Deum, & <sup>h</sup> Soff. 24. c. 4. in  
parentes, ac Doctrinam Christianam doceant.

In sacramentorum administratione illorum vim, &  
vsum pro suscipientium captu priùs explicit. <sup>i</sup> Soff. 24. cap. 7.

D Iciu-

Leiuniorum, & festorum obseruantiam, & obedien-  
tiam erga Praepositos sedulò commendent.<sup>a</sup>

<sup>a Conc. Trid. sif. 25.</sup> Missas tam frequenter celebrent, vt suo muneri sa-  
luti cib.<sup>b</sup> tisfiant.<sup>b</sup>

<sup>b</sup> sif. 25. c. 4. in fine de ref.

Nemo sine nostra licentia extra locum residentiae  
pernoctet, sub pena iuliorum quinque pro qualibet  
Genc. Senonen. Co- vice: & sciant non liberari à cura eis commissa ( dum  
legitimo non detinentur impedimento ) per Capellanos,  
Trid. sif. 6. c. 1. &  
2. & sif. 23. c. 1. de  
ref.

Nullus eorum venientium ad Civitatem Viterbij, ex-  
ceptis Curatis Balnearia non pernoctaturis, nos, vel Vi-  
carium nostrum generalem in nostra absentia, adire  
omittat.

<sup>d Conc. Trid. sif. 13.</sup> Pauperum, & aliarumque miserabilium personarum  
curam paternam gerant, & oues suas bonorum opérum  
exemplo pascant.

<sup>e sif. 14. post cap. 9.</sup> Infirmos præcipue in ultimo agone & constitutos,  
licet sacramenta Ecclesiæ receperint, ne derelinquant:  
doctr. de sacr. extir.  
vita.

<sup>f c. cum infirmitas.</sup> Moneat Medicos, ne aliquod remedium s' proponat,  
<sup>g c. eternum de pen.</sup> quod in perniciem anima redundare possit.

Antequam ad baptismum conferendum accedant  
sciscitentur ab ijs, ad quos spectat, quem, vel quos ele-  
gient, vt baptizandū de sacro fonte suscipiant, & eum,  
vel eos tantum, ad suscipiendum admittant: doceant  
eos, quam cognitionem contraxerint: vnum tantum  
patrinum sine virum, siue mulierem, vel ad summum  
vnum, & vnam adhibeant, & in libro nomina descri-  
bant.

<sup>h cap. vos ante de-</sup> Eos, qui prima fidei rudimenta, hoc est Orationem  
Dominicam; <sup>i</sup> Salutationem Angelicam, Symbolum  
Apostolorum, & Præcepta Decalogi non callent, in Pa-  
trinos ne admittant.

<sup>i Conc. Trid. sif. 25.</sup> Hospitalitatis officium, pro ut eorum prouentus  
c. 8. de ref. dist. 42. suppetunt, promptè, & benignè exerceant.  
Hospitale.

De Sanctorum intercessione, & invocatione, de Reli-  
quiarum honore, & veneratione, ac de legitimo imagi-  
num viu populum diligenter instruant.<sup>j</sup>

<sup>1 Idem sif. 25. c. de</sup> Libros  
<sup>inuoc & vener. &</sup>  
<sup>reliquijs Sancotoru.</sup>

<sup>27</sup> Libros Baptizatorum, <sup>a</sup> Confirmatorū, <sup>b</sup> Coniuga-  
torum, Mortuorum, Animarū, siue status Parochiæ,  
& nostrarum Visitacionum ad ipsos attineñ habeant.

Tempore Paschali infra quindecim dies à Dominica  
in Albis computati degentium in Parochia Catalogū, <sup>c</sup>  
nomina, cognomina, sexum, & ætatem, continentem, ad  
nos transmittant: & si dicto termino clauso id exequi  
neglexerint debitam penam luent.

Defuncto Parocco, Oeconomus, siue successor in be-  
neficio diligentiam adhibeat pro recuperandis dictis  
libris, qui si restitui recusentur, nobis denunciet.

Vbi laudabilis viget consuetudo, vt Parochiani De-  
cimas <sup>d</sup> de recollectis fructibus solvāt, eas iure diuino  
debitas libenter subministrant, & Religiosi contrarium  
suadentes <sup>e</sup> excommunicationis vinculo sciant se ir-  
retitos.

Dum ex Parochis aliquis ægrotat Curatus proximior  
infirmitate spiritualia administret, illiusq; vices in ex-  
cenda cura suppleat.

#### De Confraternitatibus, & locis pijs. Cap. XIV.

C Amerarij, & alijs ad quos spectat, in expensis ex-  
traordinarijs, toto anno eorum officij supra qua-  
tuor scuta monetae in pluribus vicibus ex se impendere  
nequeant: quod etiam seruetur in Hospitalibus, & alijs  
locis pijs; pro maiori verò summa fiant mandata sub-  
scripta ab Officialibus, & Cancellario, & respectiuè ab  
ijs, ad quos Hospitalium, aliorumq; locorum piorum  
cura, & gubernatio spectat: alias expensarum nulla ha-  
beatur ratio.

Gensum emptiones ad fauorem Societatum, fiant  
de consensu saltem majoris partis Confratrum, &  
pro alijs locis pijs, eorum ad quos spectat deputatio  
Officialium, & in Instrumento apponatur clausula reno-  
vatiōnis fideiussorum tertio quoque anno, nec non  
in casu deteriorationis, vel mortis alienis ex obligatis:

D. 2 Rectores

<sup>a Conc. Trid. sif. 24.</sup>  
<sup>c. 2. de ref.</sup>  
<sup>b Ibidem c. 1.</sup>

<sup>c Dixit. 4. de Sacr.</sup>  
<sup>in gen. S. Parochi.</sup>

<sup>d S. Aug. hom. 48.</sup>  
<sup>Conc. Lat. sub In-</sup>  
<sup>noc. III. cap. 53.</sup>  
<sup>Trid. sif. 25. c. 2.</sup>  
<sup>de ref. Dixit. 4. de</sup>  
<sup>inu. rer. Eccles.</sup>

<sup>e c. Parochianos de</sup>  
<sup>decimis.</sup>

<sup>f Clem. cupientes de</sup>  
<sup>panis.</sup>

Rectores verò pro tempore, vel alij, ad quos spectabit dictorum censuum instrumenta, quolibet triennio reuident, illamq; & alia pacta in eis contenta vbi opus fuerit exequi curent.

Iudem Rectores, vel alij ad quos spectat, curēt, vt Camerarij, & Administratores cōplo eoū officio, intra viginti dies rationem reddant: alioquin, si decoixerint, ipsi Rectores, & alij, ad quos Officialium deputatio spectauit, de proprio teneantur: & si quem in computorum reuisione debitorem compererint, nobis significant.

In Camerarium omni humano affectu deposito, elegant habilem, & idoneum: alijs Deum habebunt vltorem.

<sup>a</sup> Conc. Med. 5. de  
pior. loc. adm. n. 13. Qui exercuerint officium duos annos, & sequenti biennio illud continuare nequeant. Electiones autem Officialium, siant diebus statutis, & seruata forma in eorum capitulis præscripta.

<sup>b</sup> Conc. Pr. Med. 4.  
de pior. loc. adm.  
n. 14. Cap. 19. Habeant quoq; tam Societates, quam alia loca pia librum, in quo adnotentur omnes introitus, <sup>b</sup> legata pia, & eleemosynæ prouenientes: in eoq; describantur fines bonorum stabilium, & inseratur exemplum Authenticum Instrumenti, vel Testamenti, si commodè haberi poterit: sin minus particula illorum interesse concernens, cum specificatione nominis Notarij, diei, & anni. In eodem libro, vel alio designato adnotentur exitus, & expensæ, licet minimæ. Quilibet autem Officialis finita administratione det Syndicatum, qui in calce sue administrationis appareat, vt suo loco, & tempore à nobis reuideri possit.

Tabula insuper conficiatur in qua describantur omnia bona stabilia, illaq; affigatur in aliquo certo, & conspicuo loco.

<sup>c</sup> sess. 21. c. 11. de  
reform. Bonorum stabilium locationes ultra triennium ne siant, nec vendantur, permutentur, vel alio modo alienentur sine licentia Sedis Apostolice, vel nostra in casibus permissis: alijs in censuras sacrorum Canonum, & præcipue Extrauagantis Ambitione de rebus Eccles. non alienan, & fac. Conc. Trid. nouerint omnes se incur-

suros:

suros: & huiusmodi alienationes nullas, & inualidas fore.

In Domibus Confraternitatum, aliorumq; piorum locorum, etiam emphyteuticis, apponatur aliquod signum à parte anteriori, quo dominium denotetur.

Confratres sub prætextu, quod per tres menses continuos in Societatem non conuenerint, aut sacram Eucharistiam diebus in eorum Cōstitutionibus p̄r̄scriptis non sumperint, vel quod publici peccatores, seu excommunicati sint, aut alia quacunq; causa ab aliquibus ex Confratribus ne expellantur, sed cum opus fuerit Officiales pro tempore Vicarium nostrum generalem adeant, à quo statuatur, an aliquis è numero Confratrum sit delendus; & sine eius licentia nullus eoū hanc sibi arroget autoritatem, nisi toto Societatis corpore concurrente: non tamen Statutis, vel Capitulis Societatum approbatis ab Ordinario derogare intendimus.

Habent quoq; tam Societates, quam alia loca pia Regulas, & Constitutiones à nobis approbandas, quæ singulis mensibus publicè legantur, & quæ non est aggregata alicui Archiconfraterniti in Alma Vrbe, quanto ciuitate se aggregari curet.

Conficiatur inuentarium bonorum mobilium, quod ab Officialibus finito officio consignetur.

In Orationibus quadraginta horarum seruent quæ in alijs nostris Constit. Synodalibus <sup>b</sup> statuta sunt.

Si quando inter Confratres proprijs impensis, non autem Sodalitatis, omni qua decet modestia, & sobrietate, honestæ refocillationes facienda erunt; caueant ne epulæ, cenophora, eyathi, & similia per Ecclesiam, vel Oratoria deferantur.

Pueri ante 12. annum, absq; nostra licentia, in Confratres ne recipiantur.

### De Funeribus. Cap. XV.

Parochi current, ne mulieres quamvis defunctorum consanguineæ, feretra prosequantur; neq; immoderatos ploratus, aut clamores emitant.

<sup>c</sup> c. qui diuinæ 18.  
quæst. 1.

Ceræ

<sup>b</sup> Diœc. 4. de Euch.  
S. durante.

30

*a cap. cum inter de  
verb. sign.*  
*b eodē tit. S. facies.*

Ceræ quomodolibet expōsitæ in funeribus cedant in Ecclesiæ utilitatem, & in qua funera peraguntur, easq; integrè exigant Parochi, & alij ad quos spectabit, & diuidantur iuxta formam in alijs nostris Constitutionibus Synodalibus & præscriptam, postquam defuncti cadaver ad Ecclesiam deducētum fuerit.

*c Dixit. 4. l. cit.*

Caveant Confratres, & alij quicunq; ne circa huiusmodi ceras fraudem committant: & alioquin non nisi à nobis, præmissa integra restitutione, absolutionis beneficium obtinere poterunt: & si ad forum contentiosum deducetur, etiam peccatum scutorum deceam ex propriis eorum bonis mulctabuntur.

Si defuncti sepulturam non elegerint, & in alia Ecclesia, quam Parochiali consanguinei, de licentia Parochi, cadaver sepelire cupiunt, cera, quæ hac de causa dabitur Parocco ne deferatur ad funus, & si deferatur cum alijs ceris diuidatur.

Parochi vna cum ijs ad quos spectat, horam certam statuant pro tumulandis cadaveribus, & prius pulsetur campana hora dimidio, ut qui inter futuri erunt, convenient: & sonitu cessante, qui non accesserint, amplius ne expectentur.

Cadavera super feretro, & non super tabulis ad formam lecti deferantur, & secus Parochi permittentes decem scutis pro qualibet vice mulctabuntur.

Sepulcra pro tumulandis parvulorum corpusculis seorsum & a sepulchris adulorum in qualibet Ecclesia construantur.

Clerici sacerdotes, & regulares neminem inducant ad vovendum, iurandum, vel aliter promittendum, vt sepulta in eorum Ecclesijs eligatur, vel iam electa viterius non mutetur, & qui secus fecerint peccatum excommunicationis latæ sententia, cuius absolutio Sedis Apostolica est reseruata, incurront.

Infra octauam Coquimberationis omnium fidelium defunctorum in Cath. & Colleg. solemniter, & in alijs Ecclesijs priuatum pro defunctis Episcopis, Capitularibus, Presbyteris, & Clericis cuiuscunq; Ecclesiæ missa, presente

*d Dixit. 4. eod. tit.  
§. ultimum.*

*e Rit. Rem. de  
Exeq. paruu.*

*f c. t. de sepul. in  
Clem. cupientes,  
S. Janè temerarios  
di panis.*

*g Dixit. 4. eod. tit.  
§. in crassum.*

*31*

sente vniuerso ipsius Ecclesiæ Clero, celebretur. Audita Romani pro tempore Pontificis, & proprij Episcopi morte, si extra Diœcесim hunc obire contigerit, qua solemniori fieri poterit funebri pompa pro eis exequæ celebretur: quæ etiam peragantur in anniversario novissimi Episcopi, & in depositionis die: pro quo paritor Diaconos, Subdiaconos, ceterosq; Clericos ad tres nocturnos cum laudibus defunctorum recitandum, Sacerdotes ad sanctiss. missæ sacrificiū celebrandum, & Parochos ad populum monendum, ut ad Deum deuotas preces effundant, enixe in domino hortamur.

*De Examinatoribus, Iudicibus, ac Testibus Synodalibus.*  
*Cap. XVI.*

**I**N Examinatores & Synodales, pro concursu Parochialium Ecclesiarum, deputamus Adm. RR. DD. Hieronymū Florentiolū Archidiaconū Viterbiæ. V.I.D. Egidium Constantiū Principeū Tuscaniū. V.I.D. Timotheum Vanniū Archipresbyterū Viterbiæ. V.I.D. Hieronymum Sprecam Pœnitentiariū V.I.D. Nicolaum Cigniū S.T.D. Hieronymum Viatorū S.T.P. } Canonicos Cath- Alexandrum Faenum V.I.D. } dralis Ecclesiæ Iulium Laporium V.I.D. } S. Laurentij Vi- Sanctem Innocentium V.I.D. } terbiæ. Andream Oliuerium Archipresbyterū S.Sixti S.T.D. Franciscum Spinellum V.I.D. } Canonicos S. Sixti. Carolum Persianum V.I.D. Thomanī Faenum I. V. D. Canonicum S. Angeli. P. Ambroſiū de Comitibus S. I.D. Theologū Illustrissimi. Franciscum Benedictum V.I.D. Rectorē S. Mariæ Novæ. Dominicū de Laurentijs V.I.D. Archipresb. Barbarani. Alexandrum Salfiliū S.T.D.

In II-

In Iudices & Synodales designamus  
Hieronymum Florentiolum Archidiaconum V.I.D.  
Egidium Constantimum Primicerium Tuscanen V.I.D.  
Timotheum Vanniu Archipresbyteru Viterbien V.I.D.  
Hieronymum Sprecam Poenitentiarium V.I.D.  
Alexandrum Fannum V.I.D. } Canonicos Viter-  
Julium Lauorium V.I.D. } bieñ,  
Sanctem Innocentium V.I.D. }  
In Testes Synodales eligimus, & deputamus descriptos  
in schedula penes nos existen.

Dat. Viterbij in Cathedrali S. Laurentij die xix. Ianuarij MDCXXIV.

## T. Card. Mutus Episc. Viterb. & Tusc.

Antonius Rodulphus Secret.

Et cum omnes, & siogula supradictæ Constitutiones & Decreta  
Synodalia ab adm. R. D. Martio Catonio Canonico Legatore depu-  
tato, & a R. D. Hieronymo Riccio Beneficiato d. Cathedralis Eccl.  
Sublectore in ambone alta, & intelligibili voce perlecta fuissent;  
Illustriss. omnes interrogauit dicens. Placente ne vobis, recipitis, &  
approbatis praentes Constitutiones, decretæ, & acta omnia in hac  
Synodo facta; Responderunt omnes alta, & intelligibili voce.  
Placent, recipimus, & approbamus; præsente R. D. Gabriele Con-  
sulatu Procurator Fiscalis, qui, acceptatis fauorabilibus, petit ad  
omnē bonum finem, & effectū, ac specialiter, ut veritas eluceat,  
per me Notarium transcriptum publicum confici instrumentum  
omni, &c. & obrinuit.

Acta fuerunt hæc Viterbij in Cathedr. Eccl. S. Laurētij præsen-  
tibus ibidē illustris. & Reuerendiss. D. Antonio S. Crucio Provincie  
Patrimonij Prolegato, & Reuerendiss. D. Martio Polito Proth. Apost.  
Vicario Viterbien, & Tuscanen, & super rebus Synodi Commissario  
general, Vniuerso Clero Dioecesano, ac Perillustr. DD.  
Prioribus, seu Conservatoribus d. Cuiutatis Viterbij.

Et quia ego Troianus Martella Affilius Dioecesis publicus Apo-  
stolica author. Not. huius Curia Epilc. Cancell. & dictæ Synodi  
Notarius de præmissis omnibus, & singulis rogatus fui; ideo in fine  
hic me subscrispsi, & meo solito fino publicau requisitus, &c.

Coram Illustriss. & Reuerendiss. D. Tiberio Cardi-  
nale Moto Episc. Viterbien & Tuscanen in plena  
Synodo Dicecesana, præsentibus vniuersis, qui Synodo  
intersunt, & magna populi vtriusq; sexus frequentia in  
Ecclesia Cathedrali S. Laurentij, & propriè in loco ad  
Synodalem actionem deputato; Comparuit D. Ga-  
briel Consulatu Procurator Fiscalis, & exposuit, non  
nullos salutis æternæ immemores, quorum nominum ad  
præsens non reminiscitur, indebetè, & iniustè occipasse,  
& retinere, & possidere mobilia, stabilia, actiones, iuri-  
dictiones, annuos canones, census, liuellos, laudemios,  
reditus, aliaq; iura ad dd. Ecclesiæ Cathedrales, & præ-  
cipue Mensam Episcopalem, nec non ad alias Ciuita-  
tū, & Dioecesis Ecclesiæ, Capellas, Beneficia, Oratoria,  
Hospitalia, Confraternitates, aliaque loca pia spectan,  
& pertinet; & sub inani prætextu bona fidei intendunt  
contra prædictas Ecclesiæ, & loca pia præscribere,  
& usurpare: propterea ipse Comparens, repetitis pro-  
testationibus pro eisdem super hoc aliis factis, & præ-  
sertim sub die 17. Ianuarij 1614. in alia Synodo Dio-  
cesana à D. V. Illustriss. tunc habita, & registrata in-  
calce Constitutionum præfata Synodi impressarum:  
illique in omnibus, & singulis inhærendo; nomine quo  
supra, ad effectum interrumpendi præscriptionem,  
omnemque alium, &c. protestatus fuit, & protestatur  
expressè, quod nulla præscriptio nec quadragenaria,  
neque centenaria currat, neque currere possit, con-  
tra ius canonum, Summorum Pontificum Constitu-  
tiones, & Synodalia decreta in præiudicium Mensæ  
Episcopalæ, aliorumque supra expressorum: quinimo  
per huiusmodi protestationem, interpellationem, &  
proclamationem Synodalem intendit interrumpere  
omnem, & quamcunque præscriptionem. Quæ omnia  
petit, & instat recipi, & admitti, & mandari afficere, &  
præsentem comparitionem in actis huius Synodi regi-  
strari ad perpetuam rei memoriam; non solum modo,  
& forma prædicta, sed & omni, &c.

E Per-

Perillustris, & Reuerēdis. D. Martius Politus Vicarius, & super rebus Synodalibus Commissarius generalis interrogavit vniuersam Synodus his verbis. Approbatis ne comparitionem, protestationem, requisitionem, & proclamationem p̄dīctam, & illi assensum, & consensum p̄statis?

Responderunt omnes approbamus, protestamur, requirimus, & interpellamus.

Tunc Illustrissimus auditis p̄missis, & re maturè discussa cum suis Consultoribus huiusmodi comparitionem, protestationem, requisitionem, interpellationem, & proclamationem admisit, & p̄fatos detentores, occupatores, & possessores quoscumque afficere mandauit, prout de iure, & omni, &c.

### T. Card. Mutus Episc. Viterb. & Tusc.

**Antonius Rodolphus Secret.**

**INDEX**

## MVN DXE XI CAPITVM.

C <sub>o</sub> n <u>cubinarijs</u> .	pag. 16.
C <sub>o</sub> n <u>fraternitatibus</u> , & locis pijs.	27.
C <sub>o</sub> n <u>stitutionibus</u> .	1.
D <u>iuinis Officijs</u> .	21.
E <u>xaminatoribus</u> , Iudicib <sub>u</sub> s, ac Testib <sub>u</sub> s	
Synodalibus.	31.
Festorum, & sacri Jejunij obseruatione.	6.
Fide Catholica, & eius tuendæ cura.	2.
Funeribus.	29.
Inuentario rerum Eccles. faciendo, & illis	
non alienandis.	18.
Modo conuersandi in Ecclesijs.	17.
Parochis.	25.
P <small>re</small> dicatione verbi Dei, & lectione sacra	
scripturæ.	5.
R <small>e</small> gularibus, & exemptis.	23.
R <small>eliquijs</small> , & sacris imaginibus.	6.
Sacramentis.	10.
Vita, & honestate Clericorum.	17.

E. s. 1N.

# INDEX RERVM, ET VERBORVM.

A.

- A**dministratores Montium Pietatis conuertentes, sine licentia Apostolica, illorum pecunias in alios usus, quam in erectione vrescriptum est, in excommunicationem Sanctissimo reseruatam incurruunt. 18.  
Altarium invocationes, seu tituli, absq; licentia non immutandi, nec noue imagines, seu sculpta pictura in eisdem Altaribus apponenda. 6.  
Anniversaria dum celebranda erunt, Camerarius, vel is, ad quem spectat, per diem ante in sacrificia id notificare debet in scriptis. 22.  
Archipresbyter Cathedralis Ecclesia Viterbiæ. notare debet, quibus consignet olea sacra, quæ non nisi in sacris constitutis tradenda non sunt. 14.

B.

- B**ibliopolæ debent emittere fidei professionem 3. & iurare iuxta formam decreti Clem. VIII. ibidem. quos libros, & quando vendere possint. 4.  
Bona Ecclesiastica vicinis populi sunt locanda. 20. quid faciendum dum utilitas aliter suadet, ibidem.  
Consanguineis sine licentia non locanda, ibidem.  
Bona Capitulorum Cathedræ & Colleg. Ecclesiastarum dignitates obtinentibus, Canonicis, Curatis, & Capellaniis non sunt locanda absq; licentia. 20.  
Bona Societatum, & piorum locorum Officialibus, Deputatis, Syndicis, & Administratoribus, durante officio locari non possunt absq; licentia, ibidem.  
Bonorum in locatione, quæ pro aliqui rata spectant ad Ecclesias, vel pia loca, qui locandi ius habet, in locationis instrumento, sive apotha specificare debet ratam, & quantitatem predictam. ibidem.

Bono-

- Bonorum stabilitum locationes Societatum, & locorum piorum ultra triennium non facienda, nec dd. bona aliquo modo alienanda. 28.  
Breue Apostolicum obtinentes, pro alienandis rebus Ecclesiasticis, transferentes illorum possessionem, antequam fuerit declaratum, conditiones appositæ verisimilitates esse, sunt excommunicati. 18.

C.

- C**adauera super feretro deferenda. 30.  
Cadauera occisorum, & vulneratorum in Ecclesia existentium sine licentia non inficienda, & sub qua pena. 18.  
Camerarij, & alijs officiales fabricæ, & sacrificie librū introitus, & exitus confidere debent, in fine anni dare Syndicatu, & in divisione introitus retinere apotha, & sub qua pena. 22.  
Cancellarij, V. Cancellarij, Substituti, alijq; quid facere debeant circa instrumenta, & scripturas Cancellaria Episcopalis sub excommunicationis latæ sententiae pena. 19.  
Cancellaria Episcopalis, Ecclesiistarum, & aliorum piorum locorum instrumenta, aliasue scripturas retinentes, sub eadem pena infra xx. dies illas tradi iubetur. 20.  
Canonici debent suscipere eos sacros ordines, quos per etatem assumere licebit: & interim nisi saltem in Subdiaconatus ordine sint constituti vocem in Capitulo habere, & fructus recipere non possunt. 21.  
Canonicus de Theologali præbenda in Cathedrali Viterbiæ prouisus ad quid teneatur. 5. 6.  
Canonici non debent revealare tractata in Capitulo, & silentiu[m] super illius indicium seruare tenentur sub pena excommunicationis latæ sententia. 22. & quando haecdam non habeant. ibidem.  
Non possunt abesse ab Ecclesia omnes simul eodem tempore ibidem.  
Iubentur insuigilare, ut horæ Canonice, & Missa Con-

Conuentualis statutis horis quotidie celebretur, ibidem.  
Canonicatus, & Dignitates obtinentes in eorum ingressu ultra solitum iuramentum, debent etiam aliud de fideliter officijs exercendis præstare. 23.  
munia debita per se ipsos obire. 22.  
Casus omnes alias reservati relaxantur, exceptis illis, quorum reservatio de iure cōpetit Episcopis, non in presentibus Confit. expressis 1. & qui sunt 12. & 13.  
Censura alias imposta abrogatur cum exceptione, & admonitione. 1.  
Cera in funeribus exposita ex iustitia utilitati cedant. 30.  
quomodo diuidenda, ibidem. Cera eas fraudem committentes, non absoluenda, nisi ab Episcopo. 30.  
Quæ dantur Parochio dum cadaver extra propriam Parochiam sepelendum est, van derferend ad funus, & si deferuntur, diuidenda cum alijs ibidem. 10.  
Chori præfectori debent inuigilari, ut de una officia deuotè recitentur, & denunciare Episcopo delinquentes. 21.  
A Choro nemo potest discedere sine licentia di. præfectori, etiam causa celebrande. 22. ibidem  
A Choro absenti causa aliquis officij, eo cessante tenentur interesse, ibidem. 23.  
Circulatores, & alijs similes libellos vendere non possunt sine licentia Vicarij Generalis, & per Diœcensem Vicariorum Foraneorum. 5.  
Clerici non adscripti alicui Ecclesiæ, cui censeantur adscripti. 15. a seruicio Ecclesiæ desistentes quomodo puniri, ibidem.  
Clerici, nec non Diaconi, & Subdiaconi singula quaque Dominica mensis, & quoties in Altari ministraturi sunt, sacram Eucharistiam sumere debent. 17.  
In sacris constituti etiam regulares oboreas ducent, & alia indecentia facere prohibentur, ibidem. debent habere saltem Cathechismum, Breviarium, Concil. Trid. aliquem ex Summis, Confit. Synod. ibidem.  
Ludiis probibitis ubique; publicè vero, & cum personis vilis conditionis omni ludorum genere se abstineri iubentur, & iudentibus interesse videntur, ibidem.

In

In minoribus constituti debent habere Cathech. Scrutiniū Sacerdotale, Officiū B.M.V. & Confit. Synod. ibidem.  
Per loca habitata decenti habitu, & tonsura semper intendere iubentur sub pena aurei, ibidem.  
Cœmiteria muro circumdati, crucem in medio collocari, ac decenter teneri præcipitur. 18.  
Concionatores tenentur emittere fideli professionem. 3.  
Monere populum, vanas cantilenas, & inanis obseruationes continere speciem fortilegij. 5.  
Nouas Societates non debent instituere, nec instituendas proponere. ibidem. Neque in Monasterijs Monialium sermones habere sine speciali licentia, ibidem.  
Expleto prædicandi munere Episcopum certiorem facere saltem per literas de simultatibus, superstitionibus, abusibus, & peccatis publicis, que ibi vigerent. 5.  
Concubinarij etiam post delictum puniendi, & contra eos per omne probattonis genus procedendum. 16.  
denunciandi sunt. ibidem.  
Confessarij infra mensem à die approbationis, sub pena suspensionis, debent habere Summariū Bulle Cane, & chartulam Casuum Episcopo reseruatorum. 12.  
Licet generaliter admissi, non sunt approbati ad confessiones monialium. 13.  
Nil possunt exigere à pœnitentibus direclè, vel indirecte sub pena suspensionis, & exacta non faciunt sua. 13. & cui hæc applicanda, ibidem.  
Prohibentur alloqui de rebus saluti animæ noxijs, etiam si de alia persona, quam pœnitente tractetur, & colloquia extra rem eustare debent, ibidem.  
Absolutionem alicui ab aliquo denegatam, vel pœnitentiam ab alio iniunctam non defacili debent imperiri, & commutare, ibidem.  
Confessiones in actu communicandi audire prohibetur. 11.  
Confraternitatum Camerarij, & alijs, ad quos spectat, non possunt impendere ex se ultra quatuor scuta; quod seruandum etiam in alijs locis p̄ijs, 27. & quid seruandum dum alia expensæ facienda erunt, ibidem.  
In censum emptionibus quid seruandum ibidem.  
Confra-

Confraternitates non aggregate curare debent se aggregari alicui Archiconfraternitati Vrbis. 29.  
Rectores, aliq; debent curare, ut Administratores intra viginti dies post completum officium rationem reddant, debtores repertos notificare, ibidem. 28.  
quid si fecerit.  
Cofrateres debent eligere Camerariū babilē, & idoneū. 28.  
Electio facere diebus statutis, & seruata forma prescripta, ibidem. Non possunt confirmare in officio eos, qui illud exercuerint duos annos, ibidem.  
Habere debent librum introitus, & exitus, & quo modo in eo sit adnotandum, ibidem.  
Tabula conficere immobiliū, illamq; affigere in aliquo conspicuo loco, & in uincarium mobilium, ibidem.  
Non sunt expellendi, nisi toto Societatis corpore concurrente. 29.  
In orat. 40. horarum seruare debent statuta in Constitutionibus Synod. ibidem.  
In faciendis honestis refoculationibus non deferre epulas, & similes per Ecclesiastas, & Oratoria. 29.  
Non recipere in Confraternitatem pueros ante 12. annos. 29.  
Constitutiones, & decreta in alijs Diocesanis Synodis edita confirmantur 1. & quomodo, ibidem.  
& solo Episcopo interpretanda. 2.  
Submittuntur censura S. Sedis Apostolica, ibidem.

D

Decimae consuetae subministrandae sunt 27. & Religiosi contrarium suadentes excommunicati sunt, ibidem.  
Diaconi, & Subdiacones debent habere Cathechismum, Breuarium, Conc. Trident. aliquem ex Summis, & Conf. Synod. 27.

Eccle-

E.   
Ecclesiarum prefecti in uigilare debent, ne habitus clericalis gestetur a laicis. 14.  
In Ecclesijs circulis, vana colloquia, & alia indecentia vitanda sunt, praesertim circa labrum aquæ benedictæ. 17.  
In Capit. & Collegiatis deputandus est Canonicus sub titulo Prefecti Cærenoniarum, cuius Cærenoniarum Magister relationem habeat. 21.  
Horis congruis in Choro diuinum officium recitandum, ibidem.  
In Ecclesijs, ubi plures presbyteri, & Clerici conuenire solent sabbato de sero ante crepusculum litanias, vel saltem antiphonam B.M.V. seu hymnum, & orationē eiusdem pro temporis qualitate decantare hortatur. 23.  
Ecclesiarum, & Capitulorum onera notanda sunt in tabula, & hec in publico affigenda, 23. & semel in anno a Camerario, vel alio legenda, ibidem.  
Eremi noui absq; licentia non erigendi. 24.  
Eremitus habitus sine dicta licentia non suscipiendus, & sub qua poena, ibidem.  
Eucharistie sacramentum absque licentia non exponendum, 10. & quando busmodi facultas competit quid seruandum, ibidem. Feria v. maioris hebdomadae sepulchrum, pro eo afferuando, construendum est in Ecclesijs babentibus ius illud afferuandi, ibidem.  
In die Paschæ extra eajum necessitatis non ministrandum, ibidem. Sumendum semel in anno in Paschæ Resurrectionis 11. In eo ministrando ablutiō danda est, ibidem.  
Examinatores synodales qui sint. 31.  
Tamen ad ordinis, quam ad beneficia non nisi idoneos approbare debent. 15.  
Exequie solempter, celebrande, auditæ morte Summi Pontificis, & proprij Episcopi, qua etiam peragenda in anniversario, & in depositionis die nouissimi Episcopi, pro quo pariter Diaconi, Subdiaconi, cæterique F Clerici

Clerici ad tres nocturnos cum laudibus Defunctorum  
recitari, Sacerdotes ad Missa sacrificium celebrari, &  
Parochi ad populum monendum, ut ad Deum deuotas  
preces effundant, bortantur 31. & quid faciendum  
pro Capitularibus, & presbyteris cuiusq; Ecclesie, ibid.  
Exorcizare sine licentia nemo potest, & nullus pariter se  
exorcizandum tradere 15. & sub qua pena, ibidem.

F.

**F**esta sub praetextu pietatis, necessitatis, vel alterius  
causa non violanda 6. sed licentia prius à Vicario  
generali petenda, ibidem.  
Alaicus propria auctoritate non indicenda, ibidem.  
Quae sint seruanda ex precepto, consuetudine, vel de-  
votione 7. 8. 9.  
Festum alicuius Sancti dum celebratur, Ecclesia ornata,  
& Missa solemniter celebranda . 18.  
Fides Catholica indubitate ab omnibus corde retinenda,  
& opere vivificanda . 2.  
Illiis professio à quibus emitenda . 3.

G.

**G**abellarij non debent relaxare libros finē licentia  
Deputatorum . 5.

H.

**H**abitus clericalis à laicis non gestandus sub pena  
amissionis illius, & alijs arbitrijs . 14.  
Habitus tertij ordinis sine licentia non assumendus . 25.  
Haeres beneficii apostolas, & instrumenta ad beneficium  
spectan successori consignare debet . 21.  
Hæretici, schismatici, & ab orthodoxa fide aberrantes,  
eorumq; factores, receptatores, defensores reuelandi  
sunt sub pena maioris excommunicationis late senten-  
tia 3. & 4. intra xij. dies, & quomodo denun-  
ciatio sit facienda . 4.  
Hostia pro sanctissima Eucaristia confienda à clericis  
formanda, à mulieribus vero nullo pacto . 11.

Iei-

**I.**  
**I**eiunia, qua sint seruanda . 9.  
Imagini sacre vetustate corroste, aut deturpata finē  
licentia non comburendæ, dealbāde, vel contegende . 6.  
Imagini sacre ante benedictionem non exponende in  
Altaribus, nec in eis celebrandum ante d. benedictionem  
quando in muro erunt depictæ . 6.  
Impresores quid facere debeant . 3.  
Infirmorum coniuncti, familiares, domestici infra tri-  
duum, vel certius Parochum de infirmitate monere de-  
bent, suadere, & inducere infirmū ad confessionem . 13.  
Inuentarium rerum, & iuriuum Ecclesiistarum conficiendū,  
& seruandū in archivio cuiusq; Ecclesie, vel locorum  
piorum . 18.  
Iudei pileum flauum deferre debent, & cum eis Christi-  
fideles coniuere non possunt . 4.  
Indices, Examinatores, & alijs officiales reuocantur . 1.  
& qui deputentur . 31. 32.

**L**AICI prohibentur ludere cum clericis sub pena amis-  
sionis etus, quod ludo lucratifuerint, & alijs arbit-  
rijs . 17.  
In laudemj, annuis canonibus, vel censibus beneficiati,  
& aliorum piorum administratores debent curare, ut  
aliquando supersolutione publicum celebretur instru-  
mentum . 21.  
Liber pro describen anniversarijs conficiendus, in quo dies  
celebrationis adnotandus . 21.  
Libri prohibiti non legendi, nec retinendi . 4.  
Libri Camerariatus, punctularum, Missarum cele-  
bratarum, Capitulorum, & similiū completi in ar-  
chiujs conseruandi . 20.  
Libri f brica, & sacriflia, completo anno, debent confi-  
gnari Archivisti, & liber Camerarij successori . 22.  
Libri Parochorum sunt recuperandi ab Oeconomō, siue  
successore . 27.  
Loca pia debent habere librum introitus, & exitus, & quo  
modo in eo sit adnotandum . 28.

F 2 De-

Debent habere regulas, & Constitut. ab Ordinario approbañ. singulis mensibus legendas. 29.  
Locorum piorum officiales debent dare syndicatum, finita administrat. & hoc adnotandū in calce locationis, 28.  
Locorū piorū rationes conturbantes, vel alienantes, pœnis contra falsarios, alijsue arbitrarijs puniendi. 19.  
Immobilium tabula confienda, & in aliquo publico loco affigenda. 28.  
Mobilium inventariū faciendum, & ab officialibus, finito officio consignandum. 29.  
In domibus apponendum aliquid signum à parte exteriori. 29.  
Ludi magistri tenentur emittere fidei professionem. 3.  
Absq; licentia gymnasia nō possunt aperire, licet priuatim docere vident, quæ non nisi prævia de vita, & moribus informatione concedenda est, ibidem.  
Ludi alearum, & tassillorum semper detestādi, & quando magis 6. sub quibus pœnis 7.  
Ludi cuiuscunque generis, choreæ, & quicquid orantes impedire potest prohibetur ante Ecclesiæ, monasterias, & loca pia per viginti passus. 17.

M.

**M**atrimonio coniungens vel benedicens alterius Parrocchia sponsos sine licentia est suspensu tam Sacerdos secularis, quam regularis. 16.  
Medici debent reiterare iuramentum de seruanda Confit. Pij V. 3.  
Mendicari sine licentia prohibetur. 25.  
Missa celebranda infra octaua Commem. Defunctorū in Cathedr. & Colleg. Ecclesijs solemniter, in alijs priuatim pro defunctis Episc. Capitularibus presbyteris, & clericis cuiusq; Ecclesie 30. 31.  
Missam celebrans subireto ut nequit 11. Tres Missæ in die Nativitatis D. N. quomodo celebranda, & pro his tribus missis pluribus obligationibus satisfieri prohibetur, ibid. Circa Missam prescripta in Rubricis Missalis seruanda sunt, & sequentia pro defunctis quando non debeat omitti, ibidem.

Non

Non nisi à ieiunis celebranda, & imperfecta non relinquenda. 12.  
nic ante approbationē à nouiter promotis facienda, ibid.  
Missa celebrandi licentia ex teris à quo tribuenda: 12.  
In libro Missarum falso scribens ultra pœnas contra falsarios, etiam suspensionis incurrit, ibidem.  
Missa ultima quando erit celebranda, paulo ante campagna signum longiori pulsatione dandum. 12.  
Missa celebranda pro defunctis ex legato particulari scribenda sunt per celebrantem in libro, adnotando nomen defuncti, & legati. 22.  
Montium Pietatis bona auferentes, vel in deterius permutantes in excommunicationē Episcopo reservatam incurrint, 19. alia vide in V. Administratores.  
Mulieres in honeste in cauponis, & similibus non retinende, & ipse impudicos actus in vijs facere prohibentur. 16. sub qua pœna, ibidem.

N. Otarij in confiendis instrumentis super alienatione bonorum emphyteuticorum quid seruare debeant. 19. & quid dum testamento legata ad pias causas continentia stipulati fuerunt, ibidem.

O.

**O**lea sacra vetera bombyce, fluppa, vel alias absorpta comburenda. 14.  
Ordinandorū qualitates, etiam pro dimissorū impetrādis per mensum ante examinandas sunt, & pro prima tonsura suscipienda probandū, salsem per sex menses proximos gymnasium frequentatum fuisse. 14.  
Ordines suscepturus habitiū clericale deluisse probare debet, ibidē. & ostendere testimoniū praediti seruitij. 15.  
Ordines si in Ecclesia, cui quis fuerit adscriptus, exercere nequeat, aliam Ecclesiam debet eligere, ac de electione Episcopum certiore facere. ibidem.

P.

**P**arochie circa audiendas confessiones aliorū, quam Parochianorum possunt seruare consuetudinem. 14.  
Debent monere populum vanas cantilenas, & inanies obser-

obseruationes continere Speciem sortilegiorum .  
Hora dimidio ante mediā noctē carnis priuij maiore  
campanam suarum Ecclesiarum per dictū temporis  
spatium pulsare .  
Interrogare obſtetrices, an fuerint approbatæ, & denū-  
ciare Episcopo non approbatas .  
Curare, ut illæ in baptizando ſeruent formā ab Eccle-  
ſia praefcriptā, ibidem . vbi quando iſſi poſſint reci-  
pere oblationes in huiusmodi actu porr̄etas .  
Denunciare intra quindecim dies poſt Dominicam in  
Albis eos, qui sātiffimā Eucbariſtā nō ſumpferint .  
Suadere, & inducere infirmos ad conſitendum ſua  
peccata .  
Accipere olea ſacra ſaltem ſabbato maioris hebdomadæ  
non autem extra Diocesim .  
Sincerè attestari circa ordinandorum proclamata ,  
circa qua falſitatē committentes ultra pœnas contra  
falſarios decretas, etiā ſuſpētionis à diuinis incurrit .  
Tabulam confiſcere Clericorum ſeruitio Eccleſiae ad-  
ſcriptorum, eamq; in ſacrificia affigere, à ſeruitio  
deſiſtētes monere, & denūciare Episc. inobedientēs, ibid.  
Abſtinere à celebrandis matrimonij extra Parochialē  
Eccleſiam, & noctū, nec non eorum, qui rudimenta  
fidei non callent, ac tales compertos, Episcopo tran-  
mittere .  
Item à benedicendis, ac matrimonio iungēdis alterius  
Parochie ſponsi ſine licentia proprii Parochi, vel  
Episcopi; alias ſunt ipſo iure ſuſpensi .  
Ab admittendo Regulares ad ſuſcipiendoſ infantes ē  
ſacro fonte ſub pœna iudicitorum decem .  
A pernoctando extra locum residentia ſinē licentia  
ſub pœna iuliorum quinque, vbi qud Capellano-  
rum opera non niſi legitime impediti vti poſſunt .  
Inuigilare, an in eorū Parecbijs commorențur Con-  
cubinarij, vel aliqui vti coniuges viuentes, de quorum  
matrimonio dubitari poſſit, & Episc. deferre .  
Habere Breuiariū, Conc. Trid. Catechismū, Rituale  
Romanū, aliquem ex Summiſis, aliquid bomiliariū,  
ali-

aliquā praxim eura adminiſtrād̄, & Conf. Synod. 17.  
Interrogare Notarios infirmos, an aliquod testamentū  
confecerint continens legata ad pias cauſas, illudq; ſub  
ſida cuſtodia curare, ut ſeruetur .  
Diebus dominicis, & festis ſolemnibus plebem ſibi com-  
miſſam paſcere ſalutaribus verbis .  
Tempore ieiuniū Quadragesimæ, & Aduentus ſal-  
tem tribus in beboſomada diebus diuinam legem an-  
nunciare, ibidem .  
Inter Miffarum ſolemnia frequenter aliquod Miſſa  
mysterium declarare . ibidem .  
Diebus festis pueros Doctrinam Christianam doce-  
re . ibidem .  
In ſacramentorum administratione illorum vim, &  
uſum explicare, ibidem .  
Ieiuniorum, & feſtorū obſeruantiam cōmendare . 26.  
Miſſam frequenter celebrare, ibidem .  
Accidentes Viterbiū Epifcopum, vel Vicarium ge-  
neralem adire, exceptis Curatis Balneariū non per-  
noctaturis . ibidem .  
Pauperum, & aliarum miſerabilitum personarum  
curam paternam gerere . ibidem .  
Monere Medicos ne remedia anime noxia appli-  
cent, ibidem .  
In collatione baptiſmi ſciscitari de ſuſceptore, unum  
tantum, vel ad ſummum unum, & unam admittere,  
qui prima fidei rudimenta calleant, eosque docere quā  
cognitionem contracerint, & illorum nomina in li-  
brum referre, ibidem .  
Hospitalitates officium in quantum poſſunt exer-  
cere, ibidem .  
De Sanctorum interceſſione, inuocatione, venera-  
tione, Reliquiarum, ac imaginum uſu populum in-  
ſtruere, ibidem .  
Habere libros baptizatorum, Confirmatorum, Coniu-  
gatorum, Mortuorum, Animarum, ſive ſtatus Paro-  
chia, & copiam decretorum in Viſitationib⁹ promul-  
gato-

gatorum circa eos.

Tempore Paschali infra xxv. dies post Dominicam in  
Albis Parochianorum nomina transmittere, ibidem.  
Vicini Parochi infirmi vices in exercenda cura sup-  
plore, & in administrando eidem spiritalia, ibidem.  
Curare, ne multiores lucet Disfunctorum consanguineas  
ferentia prosequantur, neve immoderatos clamores  
emittant.

Statuere horam certam una cum ijs, ad quos spectat,  
ad tumulanda cadavera disfunctorum, & prius horae  
dimidio dare campanæ signum, qua cœstante, ultius  
non expectandum.

Construere sepulchrum pro tumulandis parvulorum  
corpusculis jecorū sum à sepultureis adulorum, ibidem.  
Inuigilare erga infirmos præcipue in ultimo agone  
constitutos; qui, etiam ministratis sacramentis, non  
derelinquentur.

Cauere, ne permittant, cadavera aliter, quam super  
feretro deferrri sub pena scutorum decem— qualibet  
vice.

Hortantur, ut moveant populum, vt Deum orent  
pro nouissimo Episcopo in eius anniversario, ac depo-  
sitionis die; & quid ipsi tunc efficere debeant in verbo  
Exequie.

Pœna certa ubi nō est imposta intelligitur de arbitrio. I.  
Prædicare nemo potest in alienis Ecclesijs absque licentia  
Episcopi, etiam Regularis; qui neque in eorum Eccle-  
sijs sine illius benedictione vel consensu alias correc-  
tione ipsius subiaceant.

Presbyter celebratus dum erit vestibus Sacerdotalibus  
indutus debet manere in Oratorio, aut recto tramite,  
deuotè pergere ad Altare.

Presbyter, qui sacrum confidere non possunt, saltem ter-  
tia qua quæ Dominica mensis, & in solemnitatibus Ec-  
clesia debent sacram sumere Eucaristiam 17. & ba-  
hère Breuiarium, Conc. Trid. Catholicejsum, aliquem  
ex Summis, & Confis. Synod. ibidem.

Regulares,

27.

29.

30.

30.

31.

5.

11.

17.

R.

Regulares, & quomodo libet exempti delinquentes  
circa animarum curam, vel sacramentorum ad-  
ministrationem coercioni Episcopi subiacent. 23.  
Item sollicitantes in confessione, & qualiter punien-  
di.

23. & 24.

Regulares compates esse prohibentur. 24.

Exorcizare sine licentia Episcopi, etiam in proprijs  
Ecclesijs.

15.

Erigere, vel recipere noua monasteria. 24.

Faciunt suum, auferentes ab Eremitis mendicatum  
questum extra dies statutos, & non seruata forma  
licentiae, ibidem.

Sudentes, non solui decimas sunt excommunicati. 27.

Item sepulturæ electionem in eorum Ecclesijs, vel non  
mutationem.

30.

Rei non inuitandi ad confugiendum in Ecclesijs, & earum  
Rectores infra triduum tenentur dare nomina confu-  
gentium.

18.

S.

Sacerdotes sæculares hortantur, vt abstineant à su-  
scipiendis infantibus à sacro fonte.

24.

Sacramenta ministraturi conscientiam mundā ab omni  
lethali culpa habere debent.

10.

Scribentes falso quomodo cuncti in libro Missarum, quo ad  
earum celebrationem, ultra pœnas contra falsarios,  
etiam suspensionis incurront.

12.

Sepulchra pro tumulandis parvulorum corpusculis seor-  
sum à sepulbris adulorum in qualibet Ecclesia con-  
struenda.

30.

Sepultura, vt eligatur in eorum Ecclesijs, vel iam elæcti  
non mutetur, Clerics sæculares, & regulares inducen-  
tes aliquem ad surandum, vel aliter promittendum  
in excommunicationem incident.

30.

Sermones inconsulto Episcopo non habendi.

5.

Sponsi ante contractum matrimonium commercium in-  
ter se habere prohibentur.

16.

Subireto missam celebrans uti nequit.

11.

G

Tir.

T.  
Tertiarij , & similes debent seruare decretum sacra Congregationis negotijs Episcoporum , & Regula- riorum præpositorum .  
Testium Synodalium nomina sunt descripta in schedula penes Illustriſimum existēn .  
Transgressores Constitut . Synod . nullo prætextu excusandi .

V.  
Vicary generalis facultas qualis .  
Debet inuigilare , ut fidei professio emittatur iuxta formam Bnlle Pij IV .  
Gratis concedere licentiam dandam diebus festis .  
Qua seruare in licentijs mendicandi .  
Vicary Foranei debent statim compellere Clericos non incidentes decenti habitu , & tonsura ad solutionem aurei .

## DECRETA, ET DECLARATIO super absolutione à censuris , seu à casibus reseruatis.

D I T V M fuit à Sacra Congreg . S.R.E. Cardinalium , negotijs , & consultationibus Episcoporum , & Regularium præposita , Decretum super absolutione à casibus reseruatis eius , qui sequitur tornoris .

Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium , negotijs , & consultationibus Episcoporum , & Regularium præposita , iustis , & grauibus causis id exigentibus , ac de Sanctissimi D. N. CLEMENTIS PP. VIII. speciali mādato , viuæ vocis oraculo de super habito , Sacerdotibus omnibus tam sacerdribus , quam Regularibus per vniuersam Italiā extra Vrbem degentibus , ad confessiones audiendas probatis , quorumuis Ordinum , etiam Mendicātūm , Militiarū , aut Congregationum , etiam Societatis IESV , & generaliter quarumcunque aliarum , quois nomine nuncupentur , iubet , & præcipit ; ne quis eorum sub prætextu priuilegiorum , indultorum , aut facultatum generaliter , vel specificè scripto , aut viuæ vocis oraculo , vel per communicationē à Sede Apostolica , vel eius auctoritate eorum Ordinibus , Congregationibus , Collegijs , vel Societatibus , aut Archicōfraternitatibus sacerdariū , aut singularibus personis , seu alijs quomodo cunque sub quibusvis tenoribus , formis , & clausulis , etiam derogatoriarum derogatorijs , ad cuiusvis etiam Imperatoris , Regum , aut aliorum Principum instantiam concessarū , seu confirmatarum , alicui cuiusvis status , gradus , & conditionis , aut dignitatis , tam Ecclesiasticæ , quam sacerdribus , etiam Regiæ , vel Imperialis , ab illo ex casibus clarè , vel dubiè in Bulla die Cœnæ Domini legi solita , cōtentis , vel alijs quomodo cunque Sedi Apostolicæ reseruatis , aut in futurum p Sanctitatem suam , eiusue successores

G 2 pro

pro tempore in eadem Bulla, vel aliter reseruandis, nec etiam à casibus, quos Ordinarij locorū hactenus reseruarunt, vel in posterum sibi reseruabant, nullo casu etiam necessitatis, vel impedimenti, nisi in mortis articulo, seu cum noua, & speciali Sanctitatis sua, aut successorum suorum, vel Ordinariorum, quoad casus ipsis tantum reseruatos respectuè, impetrata in scriptis licētia, Ordinarijs locorum exhibenda, absolutionis beneficium de cætero impendere audeat, vel præsumat: sed cū opus fuerit paenitentes ad Superiores, legitimosq; Iudices suos accedere consultant; sub pena contrafacentibus tam Regularibus, quam secularibus, excommunicationis, priuationis officiorum, & dignitatum, aut beneficiorum, inhabilitatis item audiendi confessiones, & ad quæcunq; officia, prælaturas, beneficia in posterum obtinēda, ipso facto, absq; vila alia declaratione incurrēda: Super quibus à nemine, nisi à Romano Pontifice habilitatio, dispensatione, aut absolutio, præterquam in mortis articulo, posit impartiri: Sanctitas enim sua (quatenus opus sit) facultates, & concessiones ipsas in hac parte vt cassas, & irritas haberi de cætero voluit, & vult, non obstantibus quibuscumque.

Præterea nouerint paenitentes, absolutionem, si quam obtinebunt contra huiusmodi prohibitionem, esse nullā, nulliusque roboris, & momenti.

Et ne locorum Ordinarij, quibus ius hoc reseruandorum casuum competit, plurimum, quam opus fit, reseruatione, subditis, aut Confessarijs in animarū salute procuranda cooperatoribus sint onerosi, monētur omnes, vt paucos, eosq; tantum, quos ad christianam disciplinam retinendam, animarumq; sibi creditarum salutem, pro cuiusvis Diœcesis statu, & qualitate necessario reseruandos esse iudicauerint, reseruent. in quorum fidem, &c. Datū Romæ die 9. mensis Ianuarij anni 1601.

Cum autem dubia quædam ac difficultates circa eiusdem Decreti interpretationem atque obseruationem, emersissent, eadem Congregatio, ne vllus deinceps obscuritati, scrupulo, ambiguitatiue locus relinquatur, &

vt cla-

vt clarius appareat, in quibus casibus vigore eiusdem Decreti reseruatis, intelligatur prohibita absolutio, speciali mandato eiusdem S. D. N. Clem. PP. VIII. similiter viuæ vocis oraculo super ea re habito, ipsum Decretum ita moderatur, ac declarat, videlicet sub eiusdem prohibitione illos tantum in posterū comprehendit casus, qui in Bulla die Cœnæ Dñi legi consueta continēt. Ac præterea: Violationis immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Constitut. fel. record Gregorij xiv. quæ incipit: Cum alijs nonnulli Violationis clausuræ Monialium ad malum finem: Prouocantium, & pugnantium in duello iuxta Decretū Sacri Concilij Tridentini, & Constitutionem fel. record. Gregorij Papæ xiii. incipientem. Ad tollendum. Injicientium violentas manus in clericos, iuxta Canonem Si quis suadente, &c. 17. q. 4. ac iuris dispositionem. Simoniae realis scienter contractæ, atque etiam confidentia beneficialis: Item omnes casus, quos Ordinarij locorum sibi reseruarunt, vel in posterum reseruabant. In quibus omnibus iam enumeratis casibus dumtaxat, & sublata etiam pena inhabilitatis audiendi confessiones, eadem Sacra Congregatio vult, & mandat, dictum Decretum in sua firmitate, & pristino robore permanere: Ac præterea declarat eos quidem Sacerdotes, tam seculares, quam regulares, qui aliquo ex priuilegijs, indultis, & facultatibus in supradicto Decreto expressis, suffulti fuerint, posse iuxta eorum priuilegia, indulta, & facultates, vsu ante idem Decretum receptas, & quæ sub alijs reuocationibus non comprehenduntur, tantum, & non alijs absoluere à casibus in præsentis declaratione non comprehensis, alijs verò Sacerdotibus huiusmodi priuilegia non habentibus, nihil de novo concedi. Sed ne locorum Ordinarij, ad quos casuum reseruatio spectat, ea in re modum excedant: eadem sacra Congregatio illos rursus magnopere admonendos censet, vt non passim, sed cum id videbitur communibono expedire, atrociorum tantum, & grauiorum criminum absolutionem sibi reseruent, quorū reseruatio ad christianam disciplinam retinendā conferat in adiunctione, non

non autem in destructionem cedat, ne alioquin Sacra-  
menti Pœnitentiæ Ministrorū coarctata potestate S. Ma-  
tris Ecclesiæ pia menti cōtrarius effectus subsequatur.  
Prohibet etiā, ne sibi superflue referuent casus in Bulla  
Cœnæ Domini legi conueta cōtentos, neque alios Sedi  
Apostolice specialiter referuatos. Facultatem verò, &  
licentiam absoluendi à casibus reseruatis, quād in scrip-  
tis tantum concedi permittebatur, etiam sola viua voce  
concedi posse declarat. Cæterū ne quis Sacerdotum  
sæcularium, aut regularium, sub prætextu, quod per  
primū dictum Decretum non fuerit sufficienter eorum  
specialibus priuilegijs derogatum, eidem Decreto, sic  
ut præfertur declarato, contrauenire audeat, Sanctitas  
sua Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis om-  
nibus, in fauorem, quorumcunq; Ordinum, seu instituto-  
rum Regularium, aut Sacerdotum tam sæculariū, quād  
Regularium editis, necnon eorundem, seu institutorum,  
ac etiam Ecclesiæ, & Monasteriorum, & aliorum sæ-  
cularium, seu regularium locorum quorumcunque, etiam  
iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmi-  
tate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuile-  
gijs quoq; indultis, & litteris Apostolicis etiam Mari-  
magno, seu Bulla Aurea, aut alias nuncupatis, eisdem  
ordinibus, seu institutis, ac etiā Ecclesijs, & Monasterijs,  
& sæcularibus, seu regularibus locis, aut personis sub  
quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiā  
derogatoriis derogatorijs, alijsq; efficacioribus, &  
insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis,  
etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Aposto-  
licæ potestatis plenitudine, aut alijs quomodolibet etiā  
per viam communicationis, seu extensionis concessis, ac  
etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiā si  
pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque  
totis tenoribus, & formis specialis, specifica, expressa, &  
individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clau-  
sulas generales idem importantes, mentio, seu quævis  
alja expressio habenda, aut alja exquisita forma seruāda  
eset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbi m.,  
nihil

nihil penitus omissa, & forma in illis tradita obseruata,  
interti forent, præsentibus pro expressis habens, quoad  
ea, quæ præsentibus aduersantur, illis alijs in suo robore  
permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè  
derogat, contrarijs quibuscunq; nō obstantibus. Romæ  
die 26. Nouembris 1602.

Alex. Card. Flor. Episc. Prænestin.

Hier. Agucchius Secret.

*Poftea vero aliud Decretum eiusdē Sacrae Congregationis  
de S. D. N. Pauli Papæ V. mandato editum fuit ad  
declarandum, quod per predictam prohibitionem  
absoluendi à reseruatis per Ordinarios locorum,  
continentur etiam censure eisdem reseruatae:  
Eius autem tenor talis est.*

**Q**uoniam sacra Congregatio Cardinalium nego-  
cij Episcoporum, ac Regularium præpositorū,  
nuper accepit, quamplures Regularcs tantum facultatis  
seu priuilegij ab Apostolica Sede sibi concessum profi-  
teri, ut etiam à casibus locorum Ordinarijs in eorum  
Diœcesibus reseruatis, absque alia ipsorum Ordinario-  
rum licentia pœnitentes absoluere minimè dubitent,  
nōnullosque alios in decreto prohibitionis absolutionis  
à casibus Sedi Apostolice, vel locorum Ordinarijs reser-  
uatis die 9. Ianuarij 1601. fel. rec. Clementis Papæ v iij.  
iussu edito, necnon in declaratione illius eodem Cle-  
mēte Pontifice iubente, die 25. Nouembris 1602. pro-  
mulgata, excommunicationes Sedi, vel Ordinarijs præ-  
dictis reseruatas, minimè comprehensas asserere, vnde  
fit, ut metus, quo homines à peccando coercentur, ab-  
solutionis facilitate exolescat. Ideò sacra Congregatio  
de Sanctissimi D.N.Pauli Papæ V. speciali mandato, viuæ  
vocis oraculo desuper habito, decretum huiusmodi, il-  
liusq; declarationē, necnon censuras, & pœnas, in eisque  
con-

contenta omnia confirmanda, atque innouanda opera  
precium duxit, prout per praesentes confirmat, atque in-  
nouat, ab omnibusq; Sacerdotibus tam secularibus,  
quam regularibus quorumuis ordinum, etiam Mendicantium, Militiarum Congregationum, aut cuiusvis alterius instituti, etiam necessariò exprimendi quovis no-  
mine nuncupetur, inuiolabiliter obseruari; ac insuper  
ut nulli ex Sacerdotibus praedictis, quibuscunq; priuile-  
gijs, indultis, & facultatibus suffulti, ab excommunica-  
tionibus, vel à casibus eisdem Ordinarijs, vel Sedi Apo-  
stolicæ reseruatis, tam ad forum contentiosum eorum-  
dem Ordinariorum deductis, quam non deductis, pra-  
terquam in mortis articulo absoluere audeant, vel præ-  
sumant, vel eorum aliquis audeat, vel præsumat, sub eis-  
dem censuris, & penitentiis eo ipso, & absque alia declara-  
tione incurrit, mandat, ac præcipit. Non obstante  
omnibus, quæ idem Clemens VIII. in decreto, &  
declaratione huiusmodi voluit non obstarere. Dat. Romæ  
7. Ianuarij anni 1617.

Que-

**Q**uemadmodum sacri olim Canones, & nouissimè Sacrum generale Concilium Tridentinū summatione decrevit, ut in monasterijs, & domibus tam vi-  
rorum, quam mulierum bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus, is tantum numerus constituatur, ac in posterum conseruetur, qui vel ex redditibus pro-  
prijs monasteriorū, vel consuetis eleemosynis comodè possit sustentari, ita quoque Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium, quæ negotijs, ac consultationibus Episco-  
porū, & Regularium praest, cui antiquius nihil est, quam salutaria huiusmodi decreta debitè executioni demandari curare, sèpè locorum Ordinarijs rescriptis, ut certum numerum in singulis monasterijs monialium, etiam curæ Regalarium, seu militarum subiectis, iuxta cuiusque monasterij facultates praescriberent, & si quæ supra statutum numerum reciperentur, duplē ele-  
mosynam adferre, & supranumerarium locum tenere deberent. Verum quia in dubium plerumque venit, num supra numerariæ prædictæ, aliquibus ex numero in quolibet monasterio definito decentibus, in earum locum subrogari possent, aut deberent; Eadem sacra Congregatio, quæ peculiariter super ea re sèpe numero rescriptis, prouidere volens, ne quis deinceps dubitatio-  
nis locus relinquatur, huius generali decreti tenore sta-  
tuit, & declarat, moniales, quæ supra numerum in quo-  
libet monasterio constitutum, recipiuntur, in locum monialium decadentium intra numerum nequaquam sub-  
rogari, neque impedimento esse, quin aliæ in locum earundem ex numero demortuarū recipi eo modo valeant, quo in singulis monasterijs moniales intra numero possunt admitti, quinimmo easdem sic supra numero receptas, supranumerarias semper quo ad hoc remanere, etiam si in cæteris ab alijs nihil differant, sed illis in omnibus pares, & æquales iuxta cuiusque monasterij institutum esse debeant.

Declarat insuper eadem Sacra Congregatio dupli-  
eleemosyne nomine intelligi semper debere duplicatam sum-  
mam eius, quæ in receptione cuiusque monialis

*Declaratio fac. C. 9.  
circa Moniales su-  
pra numerum, &  
quomodo Montali-  
bus sint feluenas  
eleemosynæ.*

H intra

intra numerū in quolibet monasterio constitutū erogari  
pro tempore consueverit: ita tamen, ut vbi summa, quæ  
confertur, minor est scutis ducentis, ibi saltem ratione  
duplicate eleemosynæ, soluenda sint scuta quadringēta,  
& non minus.

*Loca Monialium  
intra numerum cō-  
cedi, vel promitti pro  
hibetur ante illorum  
vacationē.*

Eadem quoque Sacra Cōgregatio distictè prohibet,  
ne loca per obitum monialium intra numerum decadē-  
tum pro tempore vacatura, cuiquam puellæ ad habitū  
regularē recipienda concedantur, neque promittātur,  
nisi sequuta vera, & reali illorum vacatione, atque ita-  
demum, & non antea de eis disponi, ac in monialis de-  
mortuæ locum, promissionem, aut receptionem in Ca-  
pitulo seu quouis alio modo fieri iubet, dummodo tunc  
temporis puella ipsa recipienda, & atatem habeat ido-  
neam, & ceteras qualitates requisitas: quibus etiā præ-  
ditas esse debere vult eas puellas, quæ supra numerum  
recipienda sunt iam tunc, cum eis loca vel promittuntur,  
vel dantur: si quid verò contra à quoquam fieri conti-  
gerit, irritum, & inane, ac nullius roboris, & momenti  
fore, & esse decernit. Ac nihilominus Abbatissas, Priori-  
bus, & alios quoscunque Monasteriorum superiores, qui  
cuiusvis puellæ receptioni, vel admissioni, aut locorum  
vacaturorum promissioni, seu concessioni aduersus præ-  
sentis decreti dispositionem consenserint, priuationi  
vocis actiua, & passiua, alijsque, arbitrio eiusdem Congre-  
gationis infligendis pœnis obstrictos, & obnoxios fo-  
re declarat, saluis etiam semper, & in suo robore per-  
manentibus alijs quibuscunque ipsius Congregationis  
decretis aliás, latis præsenti decreto non contrarijs,  
præsertim circa monialium admissionem, & receptionē  
ad habitum, & professionem, & circa eleemosynarum  
depositionem, solutionem, & erogationem in bona sta-  
bilia, quibus nullatenus derogare vult, & intendit.  
Roma die 6. mensis Septembbris M D C III.

Alex. Card. Florent.

Berlingerius Gypsius Secr.  
Illu-

*Prohibentur Religiosi ad Monialium Monasteria  
accedere.*

**I**llustrissimi, & Reuerendissimi Domini Cardinales,  
Sacra Regularium Congregationi Præfecti ad oc-  
currendum scandalis, quæ contingere possunt, alijsque  
iustis, & rationabilibus causis animum piè mouentibus,  
de speciali, & espresso mandato S. D. N. D. Sixti diuina  
prouidentia Papæ V. viuæ vocis oraculo eis facto, decre-  
uerunt, & mandauerunt, nulli post hac Religioso, cuius-  
cunque ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis existat  
(superiore, cui monasterij, seu domus cura incumbit, vi-  
sitatore, vel visitatoribus, confessarioque ordinario, &  
extraordinario, cum ad tempus deputabitur dumtaxat  
exceptis) licere absque <sup>a</sup> licentia expressa eiusdē Sacra  
Congregationis accedere ad Monasteria, seu domus  
quarumcunque Monialium, vel seruorum, sive sui, sive  
alterius cuiusvis ordinis, ad colloquendum, sive tractā-  
dum cum eis. Quod si aliquando mandato sui superioris  
alios religiosos ad predicandum verbum Dei, vel  
ad celebrandas Missas in ipsarum monialium, seu foro-  
rum ecclesijs, sive oratorijs exterioribus, sive extra-  
clastra existentibus mitti contigerit, prohibuerunt ne  
dicti Religiosi vlo quæsto colore, moniales, forores, aut  
quamlibet aliam personam, intra clausuram degentes  
alloqui possint. <sup>b</sup> Confessarijs autē similiter interdixe-  
rūt, ne in ædibus monasterij, seu domus, vel monasterio,  
seu domui monialium, aut fororum cōtiguis pernoctet,  
aut alios pernoctare faciant, vel alias tecum retineant,  
neue extra tempora generalium confessionum, quibus  
soli tantum confessario, refectionem diurnam accipere  
vix permittitur, & tunc demum videlicet cum sua habi-  
tatio, aut virorum domus, vel monasterium in quo de-  
git, à monialium, seu fororum monasterio, vel domo  
nimium distat, nisi tamen, & eo casu contrarium specia-  
liter constitutum sit) ibi nullo modo comedant, reficiā-  
tur, aut cibum sumant. Quæ omnia, & singula sub pœnis  
priuationis officiorum, ac vocis actiua, & passiua ipso

<sup>a</sup> Hodie Ordinari  
peſſimt concedere  
huiusmodicentia,  
ex decr. eiusdē fac.  
Cong. edit. de pref.  
ann. 1624.

<sup>b</sup> Confessarij in ædi-  
bus Monasterij, seu  
in alijs illis con-  
guis pernoctare pro-  
hibentur.

H 2 facto

facto incurreñ, alijsque eiusdem Congregationis arbitrio, præceperunt inuiolabiliter obseruari, iniungentes cunctis RR. Patribus, Generalibus, Prouincialibus, & alijs quorumuis monasticorum, & mendicantium, ac nō mendicantium ordinum, & congregationum superioribus, ad quos spectat, quatenus infra terminum vnius mensis, à die quo præfens decretum ipsis notificatum fuerit, computandi, debeant eiusdem decreti copiam cū huiusmodi præcepto omnibus suorum ordinum, & Religionum monasterijs, domibus, & conuentibus intimare, & notificare, & intimasse, & notificasse, ne vllam aliquādo defuper ignorantiam in futurum allegare, aut prætendere quoquomodo possint. Romæ Nonis Maij 1590.

F. Michael Bonellus Card. Alex.


Georgius Palearius Secr.

Romæ, Apud Paulum Bladum Impressorem Cameralem. 1590.

OB

PAVLVS

## PAVLVS PAPA V.



D perpetuam rei memoriam. One-  
rosa Pastorali officij cura meritis li-  
cet imparibus nobis ex alto commis-  
sa postulat, vt bonorum quorumcūq;  
misericordiarum personarum subuen-  
tione destinatorum conseruationi cō-  
sulamus, prout in Domino conspic-  
imus salubriter expedire. Cum itaque sicut accepimus  
pecunia Montium Pietatis nuncupatorum status nostri  
Ecclesiastici ad usus pauperum mutuo dandū in alios  
usus vertantur, & in dies minuantur. Nos huic malo  
opportuno remedio quantum cum Domino possumus  
prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia,  
ac mera deliberatione nostris, vniuersis, & singulis Monti-  
um Pietatis huiusmodi Præsidentibus, Protectoribus,  
Defensoribus, Administratoribus, Deputatis, & Officia-  
lis quibuscumq;, necnon Communitatibus, Vniuer-  
sitatibus, & earum etiam officialibus quarumcumq; Ciuit-  
atum, Terrarum, & locorum status nostri Ecclesiastici  
quacumq; dignitate fulgetibus, etiam si Episcopi, Archi-  
episcopi, Patriarchæ, aut S.R.E. Cardinales etiam de la-  
tere legati existant, ne de pecunijs ad dd. Montes quo-  
modolibet spectantibus, & pettineñ, ac tam pro forte  
principalī à principio illis assignatis, quam pro dictæ for-  
tis augmento postea acquisitis in alios, quam pauperū  
usus iuxta modum, & formam in erectione dd. Montium  
præscriptarū, absq; nostra, & Sedis Apostolicæ licentia  
sub quovis prætestu, vel questio colore etiam cum obli-  
gatione intro quodcumq; breue tempus restituendi, dis-  
ponere præsumant; tenore præsentium prohibemus.  
Quod si quis contra hanc nostram prohibitionem ve-  
nire præsumperit, Cardinales quidem, Patriarchæ, Ar-  
chiepiscopi, Episcopi, suspensionis, alię vero inferiores  
personę excommunicationis sententiam eo ipso incur-  
rant, à qua non nisi à Romano Pontifice, præterquam

in mor-

Cenit. Pauli V.  
circa Montium Pietati-  
tis Administratores.

in mortis articulo, absoluī possint. Non obstantibus  
constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisq;  
in contrarijs faciētibus quibuscunq;. Volumus autem,  
quod præsentis prohibitionis copia in loco publico  
Montium Pietatis huiusmodi, quæ ab omnibus legi pos-  
sit continuo affixa remaneat. Dat. Romæ apud S. M.  
Maiores sub annulo Piscatoris 5. Februarij 1615.  
Pontificatus nostri Anno decimo.

S. Cobellutius.

DN

*Decretum super statu Mulierum Tertiij ordinis in pri-  
uatis domibus degentium, illarumq; ad habitum ad-  
missione, necnon circa Fratres Tertiarios, & si-  
miles. Typis datum Roma ex Typogr.*

*R.C.A. Anno 1617.*

**S**Acra Congregatio Cardinaliū negotijs Episcoporū,  
& Regularium Præpositorum, ad tollendas omnes  
contentiones inter Episcopos, & Superiores Regulariū,  
super immunitate, & exēptione Tertiariarū, quæ in pri-  
uatis domibus degunt, vulgo Pizzochæ, seu alio quovis  
nomine nuncupatarum, in primis, & ante omnia in me-  
moriā reuocat ea, quæ sacra Congregatio Cardinaliū  
Concilij Tridentini interpretum in eandem sententiam  
respondit, videlicet.

Sacra Congregatio Cardinalium Conc. Trid. inter-  
pretū sèpius respondit, minimè posse Sacerdotes Regu-  
lares, mulierum Tertiij ordinis, quas de pœnitentia, vel  
Pizzochas vocant, confessiones sacramentales audire,  
nisi fuerint ab Ordinario approbati ad cōfessiones per-  
sonarum secularium audiendas; quemadmodum nec  
posse illis sacrosanctū Eucharistię Sacramentū admini-  
strare in Paschatis Resurrectionis Sanctissimi D. N. Iesu  
Christi; verū quo ad sepulturam, atque alia priuilegia  
Fratres Tertiarios Mantellatos, Corrigiatos, aliosque  
similes, ita demum Ordinis, cuius Tertia Regulæ habitū  
assumperunt, priuilegijs potiri, & ab Ordinarij iurisdictione  
exemptos esse, si viri collegialiter viuant, seu cum  
claustralibus habitent, & mulieres virginalem, seu coelibē  
aut castam vidualem expresso voto, & sub dicto habitu  
vitā traduxerint; quemadmodū cauetur Constitutione  
Concilij Lateranensis sub Leone X. quæ habetur sess. 21.  
in fine. Hoc autem voto mulierū, alia duo, scilicet pau-  
pertatis, & obediētia, nequaquam includi, quinimmo huius  
modi mulieres si vitam virginalem, aut coelibem simpli-  
citer, expressèque voverint, etiam in consanguineorū, &  
affinium suorum, aut proprijs domibus, vel seorsū habi-  
tates supradictis priuilegijs ordinis, cuius Tertia Regulæ  
habitū

habitū deferūt, exemptioneq; ab Ordinarij iurisdictione  
frui debere, vt idem Leo postea declarauit constitutione  
edita die 1. Martij 1508. an autē prædictæ qualitates in  
huiusmodi Tertiarijs cōcurrāt Ordinarij loci esse iudicū.

Præterea si contingat aliquas ex prædictis Tertiarijs  
finē sepulturæ electione decedere, eas sic decedentes,  
ita demūn in Ecclesijs ordinis, cuius habitum assumpse-  
runt, si in ipsis earum cōmuniis sepultura reperiatur, sin-  
minus in Ecclesijs Parochialibus sepeliēdas esse decernit.

Superioribus autem Regularibus sufficienti facultate  
ad id à Sede Apostolica suffoltis (Capuccinis exceptis)  
licere mulieres ad huiusmodi habitum recipere, atq; ad  
ipsos vestiendi eas officium pertinere, non autem ad ha-  
bitū admittendas, & recipiendas esse, nisi probatæ vitæ,  
ac bonis moribus præditas, atq; in etate saltem quadra-  
ginta annorū constitutas, quæ de proprio habeant vndē  
sufficienter viuere possint; & non cum alijs virijs, quam  
cum cōsanguineis, vel affinibus in primo tantū gradu  
sibi coniunctis cohabitent, & ab Ordinario loci licentia  
priūs impetrata, qui non aliter eam concedat, nisi de  
prædictis prævio examine diligentis sibi constiterit.

Verū in huiusmodi habitu concedēdo; & respectiū  
deferendo, omnino à vélo supra caput, quod superiectū  
vocant, à pectorali, quod vulgo dicitur sottogola, & à  
patientia abstinentiam esse; quinimmo eas, quæ supra-  
dicta tria, vel aliquid ipsorum deferre deprehensa fue-  
rint, illa dimittere, etiam per censuras ecclesiasticas ab  
Ordinarij locorum compellendas esse decernit.

Supradictis verò decretis mulieres Tertiij Ordinis, quæ  
collegia iter viuunt non comprehendendi: quinimmo eas  
dispositioni constitutionis Pij Papa Quinti editæ Romæ  
anno 1566, quarto Kalendas Iulij, quæ incipit (circa  
Pastoralis) pœnitutis subiacere expresse declarat: Non  
obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus,  
datum Romæ 20. Decembris anni. 1616.

Antonius Cardinalis Saulsus.

V. Tbeatinus Seor.

## GR. E. GORII XV.

*Contra Sollicitantes  
in Confessionibus.*

**A**d perpetuam rei memoriam. Vniuersi Dominici  
gregis curam, quamquā immeriti, celesti disposi-  
tione gerētes, sedulō inuigilare tenemur, vt ab omnibus  
prauis contagij consuetur imminis, multoq; maiori  
studio prouideſte, vt omnis pestis alij avertatur, quibus  
alios sanandi officium est cōmissum, nē quod Euange-  
lica scripta nos admonent, sale infatuato non sit in quo  
saliatur, & ad nihil prosit vltra, nisi vt mittatur foras,  
& conculcerit ab hominibus. Quoniam autem à Ro-  
matis Pontificibus prædecessoribus nostris quibusdam  
in locis prouisum fuit, vt impium, ac nefandum scelus,  
quod non solū inter Christi fedes non esse, sed nec etiā  
nominari debet, procul ab ijs arceatur, videlicet, vt ali-  
quis Sacerdos ad sacras audiendas confessiones deputa-  
tus, sacrosancto pœnitentiae Sacramento, sollicitando  
pœnitentes ad turpia, abutatur, ac pro medicina venenū,  
pro pane aspidem porrigit, & ex cælesti medico infer-  
nalis veneficus, ex patre spirituali proditor excrabilis  
animarū reddatur: ita circa Nos ea, quæ his perniciosissi-  
mis diaboli insidijs arcēdis certis locis salubriter con-  
stituta sunt, vt nullib; desiderentur, quantum ex alto cō-  
ceditur: protindeñ duximus. Alias siquidem à fel. rec. Pio  
Papa 111. prædecessore nostro emanarunt literæ teno-  
ris subsequentis, videlicet, Pius Papa 111L. Venerabili  
fratri Archiepiscopo Hispalcī in Regnis Hispaniarum  
hæreticæ prauitatis Inquisitori Generali. Cum sicut  
nups, non sine animo nostri molestia, accepimus diversi  
Sacerdotes in Regno Hispaniarum, atque etiam in eorū  
Ciuitatibus, & Diocesibus curam animarum habentes  
sive eam pro alijs exercentes, aut alias audiendis cōfes-  
sionibus pœnitentia deputati in tantam prorupcrine  
iniquitatem, vt Sacremento pœnitentiae in acti audieſi  
confessiones abutantur, & illi, & qui id instituit Domi-  
no Deo, & Salvatori nostro IESU CHRISTO, ini-  
tiā facere vereadeur, mulieres videlicet, pœnitentes  
ad actus inhonestos, dum earum audiunt confessiones

I alli-

allicioendo, & prouocando, seu allicere, & prouocare,  
tentando, & procurando, ac loco earum per Sacramen-  
tum huiusmodi Creatori nostro reconciliationis gra-  
uiori peccatorū mole eas onerando, & in manibus dia-  
boli tradendo, in Diuinæ Maiestatis offendam, & anima-  
rum perniciem, Christifidelium scandalum non modicū.  
Nos in animum inducere nequeentes, quod qui de Fide  
Catholica recte sentiunt, Sacramentis in Ecclesia Dei  
institutis abutantur, aut illis iniuriam faciant, Fraterni-  
tati tua de cuius eximia pietate, virtute, atque doctrina  
plurimum in Domino confidimus, per presentes com-  
mittimus, & mandamus, quatenus per te, vel per alium,  
seu alios a te deputandum, seu deputandos contra om-  
nes, & singulos Sacerdotes dictorum Regnumorum, ac illa-  
rum Ciuitatum, & Dicecsum de premissis quomodolibet  
diffamatos, tam seculares, quam quorumuis etiam  
exemptorum, ac Sedi Apostolice immediate subiecto-  
rum Ordinum Regulares cuiuscunque dignitatis, status,  
gradus, ordinis, conditionis, & præminentiae existant,  
tam super premissis, quam super Fide Catholica, & quod  
de ea sentiant, diligenter inquiras, & iuxta facultatum  
tibi contra hereticos, aut de heresi quoquis modo sus-  
pectos a Sede Apostolica concessarum continentiam,  
& tenorem procedas, ac culpabiles repertos iuxta ex-  
cessum suorum qualitates, prout iuris fuerit, punias,  
eos etiam si, & prout de iure fuerit faciens, debita pre-  
cedente degradatione secularis iudicis arbitrio punien-  
dos tradendo. Non obstantibus Constitutionibus, &  
ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiasticis, & Monasteri-  
orum, necnon Ordinum quomodolibet, quorum ipsi  
Sacerdotes fuerint, etiam iuramento, confirmatione  
Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis,  
& consuetudinibus, priuilegijs quoque iudicis, & literis  
Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ag-  
cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam Motu pro-  
prio, aut alijs quomodolibet concessis, etiam iteratis  
vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus co-  
rum tenores presentibus pro expressis habentes, ha-

vice

vice dpmtaxat specialiter, & expressè derogamus, ca-  
terisq; contrarijs quibuscumque. Dat. Romæ apud S. Pe-  
trum sub Annulo Piscatoris die xvij. Aprilis M. D. L XI.  
Pontificatus Nostri Anno secundo. Igitur ut literæ præ-  
dictæ perpetuis futuris temporibus, & ybique locorum  
inuiolabiliter obseruentur, Motu proprio, & ex certa  
scientia, ac matura deliberatione nostra, ac de consilio  
venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium  
contra hereticam prauitatem generalium Inquisitorū  
præinsertas literas huiusmodi, ac omnia, & singula in-  
eis contenta Apostolica auctoritate tenore præsentium  
approbamus, & confirmamus, illisq; omnibus, & singulis  
inuiolabilis Apostolicae firmitatis robur adiicimus, illasq;  
non solum in prædictis Regnis Hispān, sed in quibusvis  
Christiani Orbis partibus firmiter, & inuiolabiliter ob-  
seruari præcipimus, & mandamus. Ac præterea, ne in-  
futurum de poena his delinquentibus imponenda, & de-  
modo contra eosdem procedendi ab aliquo dubitari  
possit, statuimus, decernimus, & declaramus, quod om-  
nes, & singuli Sacerdotes, tam seculares, quam quorum-  
uis, etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Aposto-  
lica immediate subiectorum ordinum, institutorum, so-  
ciatum, & Congregationum Regulares cuiuscunque  
dignitatis, & præminentiae, aut quoquis priuilegio mu-  
niti existant, qui personas quæcumque illæ sint, ad inho-  
nesta, siue inter se, siue cum alijs quomodolibet perpe-  
tranda in actu Sacramentalis confessionis, siue ante, vel  
post immediatè, seu occasione, vel prætextu confessionis  
huiusmodi, etiam ipsa confessione non fecuta, siue extra  
occasionem confessionis in confessionario, aut in loco  
quotunque vbi confessiones Sacramentales audiantur,  
seu ad confessionem audiendam electo, simulantes ibidē  
confessiones audire, sollicitare, vel prouocare tentauer-  
int, aut cum eis illicitos, & dishonestos sermones, siue  
tractatus habuerint, in Officio Sanctæ Inquisitionis se-  
uerissime, vt infra puniantur. Et præterea omnes hæ-  
retica prauitatis Inquisitores, & locorum Ordinarios  
omnium Regnumorum, Provinciarum, Ciuitatum, Domi-  
niorū,

niorū, & locorū vniuersi Orbis Christiani in suis quæque  
Dioecesis, & Territorij, per has nostras literas etiam  
privatiuè quo ad omnes alios specialiter, ac perpetuò  
Iudices delegamus, vt super his contra prædictos simul,  
vel separati in omnibus, prout in causis fidet, iuxta  
Sacrorum Canonum formam, necon' Officij Inquisi-  
tionis huiusmodi constitutiones, priuilegia, consuetudi-  
nes, & decreta, diligenter inquirant, & procedant, &  
quos in aliquo ex huiusmodi nefarijs excessibus culpa-  
biles repererint, in eos pro criminum qualitate, & cir-  
cumstantijs, suspici ab executione ordinis, priuationis  
beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcūque,  
ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, necon' vocis actiue,  
& passiuæ, si regulares fuerint, exilij, damnationis ad  
tremores, & carceres etiam in perpetuum absque vla-  
spē gratia, aliasq; pœnas decernant, eos quoque si pro  
delicti enormitate grauiores pœnas meruerint, debita  
precedente degradacione, Curia seculari puniendo  
tradant. Dantes etiam facultatem Venerabilibus Fra-  
tribus nostris S. R. E. Cardinalibus generalibus Inqui-  
sitoribus, ne delictum tam enorme, & Ecclesia Dei  
tam perniciosum remaneat, ob probationum defectum  
impunitum cum difficilis sit probationis, testibus, etiam  
singularibus, concurrentibus præsumptionibus, indicijs,  
& alijs administriculis delictum probatum esse arbitrio suo  
indicandi, & curia seculari, vt præfertur, reum tradendū  
esse pronunciandi. Non obstat omnibus, quæ dictus  
prædecessor in suis literis prædictis voluit non obstarere  
ceterisq; contrarijs quibuscunque. Mandantes omni-  
bus Confessarijs, vt suos pœnentes, quos nouerint  
ruisse ab alijs, vt supra sollicitatos, monent de obliga-  
tione denunciandi sollicitantes, seu, vt præfertur tracta-  
tes, Inquisitoribus, seu locorum Ordinarijs prædictis,  
quod si hoc officium prætermiserint, vel penitentes do-  
cuerint non teneri ad denunciandum Confessarios Sol-  
licitantes, seu tractantes, vt supra idem locorum Or-  
dinarij, & Inquisidores illos pro modo culpe punire non  
negligant. Volumus autem, vt præsentium transumptis  
etiam

etiam impressis manu scriptis Notarii publici subscrip-  
tis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica  
constituta munitis eadem prorsus fides in iudicio, & ex-  
tra vbiique habeatur, qvæ præsentibus haberetur. Si fo-  
rent exhibitæ, vel ostehitæ, quodque cædem præsentes  
literæ, seu illarum exempla, ad valvas Basilicarum  
S. Joannis Lateranen., ac Principis Apostolorum de-  
Vrbe, & in acie Campi Flora affixæ omnes ita arcent,  
& afficiat, ac si viuicuque personaliter intimata fuissent.  
Dat. Romæ apud Sanctā Mariam Maiorem sub Annulo  
Piscatoris, die xxx. Augusti M. D C. XXII. Pontificatus  
Nostrī Anno Secundo.

S. Card. S. Susannæ.

D I G V S T I V  
M D C D M . . . . .  
N O T A R I U M I N Q U I S I T O R I U M

6350

Series chartarum.  
t A B C D E F G H I  
Omnia sunt integra folia.



VITERBII,  
Typis Augustini Discipuli. MDCXXIV.  
SVPERIORVM PERMISSV.

036078

